

Z. P. Metcalf



LIBRARY OF

Dr. Z. P. Metcalf

1885-1956

CAROLI LINNÆI  
S Y S T E M A  
NATURÆ.

REGNUM ANIMALE

---

EDITIO DECIMA, 1758,  
CURA SOCIETATIS ZOOLOGICÆ GERMANICÆ  
ITERUM EDITA  
A. MDCCCXCIV.

---

LIPSIÆ  
SUMPTIBUS GUILIELMI ENGELMANN  
1894.

Verlag von **Wilhelm Engelmann** in Leipzig.



## **Bibliotheca zoologica.**

Verzeichniss der Schriften über Zoologie,  
welche in den periodischen Werken enthalten und vom Jahre 1846—1860  
selbständig erschienen sind.

Bearbeitet von

**J. Victor Carus** und **Wilhelm Engelmann.**

2 Bände. gr. 8. 1861.

 Herabgesetzter Preis *ℳ* 16. 

---

## **Bibliotheca zoologica II.**

Verzeichniss der Schriften über Zoologie,  
welche in den periodischen Werken enthalten und vom Jahre 1861—1880  
selbständig erschienen sind.

Mit Einschluss der allgemein-naturgeschichtlichen, periodischen  
und palaeontologischen Schriften.

Bearbeitet von

**Dr. O. Taschenberg**

a. o. Professor an der Universität Halle.

Bisher erschien: **Erste bis elfte Lieferung.**

gr. 8. 1886—1893. à Lieferung *ℳ* 7.—, auf Velin à *ℳ* 12.—.

---

## **Catalogus Hymenopterorum**

hucusque descriptorum  
systematicus et synonymicus

Auctore

**Dr. C. G. de Dalla Torre**

Professore Oenipontano.

Bisher sind erschienen:

Volumen II: **Cynipidae.** gr. 8. 1893. *ℳ* 6.—.

» VI: **Chrysididae (Tubulifera).** gr. 8. 1892. *ℳ* 5.—.

» VII: **Formicidae (Heterogyna).** gr. 8. 1893. *ℳ* 13.—.

In Vorbereitung befinden sich:

Volumen I. 1) Tenthredinidae (Phyllophaga), 2) Uroceridae (Xylophaga).

» III. 4) Evaniidae, 5) Trigonalidae, 6) Ichneumonidae, 7) Stephanidae, 8) Pelecinidae.

» IV. 9) Braconidae.

» V. 10) Chalcididae, 11) Proctotrupidae.

» VIII. 14) Sphegidae (Fossores).

» IX. 15) Vespidae (Diplopteryga).

» X. 16) Apidae (Anthophila).

Schlussband: Litteratura hymenopterologica und Generalregister der  
Gattungs- und Artnamen in Band I—X.

CAROLI LINNÆI  
S Y S T E M A  
NATURÆ.

REGNUM ANIMALE

---

EDITIO DECIMA, 1758,  
CURA SOCIETATIS ZOOLOGICÆ GERMANICÆ  
ITERUM EDITA.

---

LIPSIÆ  
SUMPTIBUS GUILIELMI ENGELMANN  
A. MDCCCXCIV.



CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,  
ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;  
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.  
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA  
NATURÆ

PER

*REGNA TRIA NATURÆ,*

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,  
GENERA, SPECIES,

CUM

*CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS,  
SYNONYMIS, LOCIS.*

TOMUS I.

---

EDITIO DECIMA, REFORMATA.

*Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis S:æc:æ.*

*HOLMIÆ,*

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.

# O JEHOVA

*Quam ampla sunt Tua Opera!*

*Quam sapienter Ea fecisti!*

*Quam plena est Terra possessione Tua!*



S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO  
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO *que*  
COMITI

D:NO CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQUE SVIOGOTHICI SENATORI.  
REGLE CANCELLARIE PRÆSIDI,  
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUMMO  
MARESCHALLO,  
EDUCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GUSTAVI PRÆFECTO,  
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,  
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJEST. SERAPHINORUM EQUITI AURATO  
ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA,  
NEC NON OMNIUM S:Æ R:Æ MAJEST. SVECICÆ  
ORDINUM CANCELLARIO  
SACRUM.

Cum quivis auctor speret se apud posteros gratiam  
habere & posse secum duratura nomina educere,  
AUCTORI meæ fortunæ Libellum decimo nunc offero;  
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;  
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetiit;  
ILLE mihi spartam Medici classici procuravit;  
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;  
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, paravit;  
ILLE me ad Sereniff. Reges introduxit;  
*ILLE meas errare boves ut cernis & ipsum  
ludere quæ vellem calamo permisit agresti:*  
quare

*cana prius gelido desunt absinthia ponto  
quam immemor vivam*

TANTI MÆCENATIS

Upfalæ 1757,  
d. 24 Maji.

*Cultor devotissimus*  
C. LINNÆUS.

*Magnus est DEUS noster,  
& magna est potentia Ejus,  
& potentia Ejus non est numerus.*



# RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATURÆ iteratis vicibus prodiit.

1. Leydæ 1735 Folio imper. pag. 12. a me per J. F. GRONOVIVM.  
*Conspectus tantum operis & quasi Mappa Geogr.*
2. Holmiæ 1740 Octavo. pag. 80. a me ipso revisum.  
*Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Halæ 1740 Quart. oblong. pag. 70. per J. J. LANGEN.  
Latino-germanice, cæterum idem cum 1.
4. Parisiis 1740 Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEVM.  
*Adjecta nomina Gallica. idem cum 2.*
5. Halæ 1747 Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHILEM.  
*Nomina Germanica, cæterum idem cum 2.*
6. Holmiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipso.  
*Characteres essent. Vegetabilium. Species Anim. & Lapid.*
7. Lipsiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. per Typographum.  
*Nomina Germanica, cæterum idem cum 6.*
8. Holmiæ 1753 Octav. p. 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN.  
At regnum Lapideum Scaræ 8:vo per MÖLLER.
9. Leydæ 1756 Octavo. pag. 226. per GRONOVIVM.  
*Paucissima de Avibus, Piscibus. idem cum 6.*
10. Holmiæ hac editione, longe auctius factum a me ipso:  
*Species animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis. Locis, nominibus Trivialibus.*  
Methodus *Animalium* ex novis observatis reformata.  
*Piscium* imprimis nova methodus cum Auctorum observatis radiis pinnarum.  
*Plantarum* reformati characteres, emendatæ differentia variæ.  
*Lapidum* plures species, observationes. & omnium Nom. Trivialia.  
*Observationes* in Regna Naturæ novæ, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quæ obtinere potui, disposui: imprimis adjuvarunt

S:i ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom. 1.* quem edidi, & *tom. 2. Msc. de Animalibus* exoticis, quem composui.

S:æ LOVISÆ ULRICÆ Reginae Museum *Msc.*

in *Conchiliis & Insectis* stupendum, descriptionibus adornavi.

C. TESSIN Museum. Holm. 1753. Fol.

in *Lapidibus & Conchiliis* magnificentum.

C. DE GEER Museum.

*Amphibiis, Insectis* aliisque rarioribus dives.

UPSALIENSIS Museum Academiae:

ex *Animalibus* undiquaque conquisitis.

STOCKHOLMENSIS Museum Academiae Scientiarum.

Variis pulchris naturalibus scatens.

ITINERA propria: *Ocelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *Westrogothicum* 1746, *Scanicum* 1749 edita; & *Lapponicum* 1732, *Dalekarlicum* 1734 inedita.

*Discipulorum* quondam meorum instituta Itinera, mihi. ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua:

C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed periit in Poulicandor) 1745.

P. KALMI in *Pensylvaniam & Canadam.* 1747.

L. MONTINI in *Lapponiam Luleensem.* 1749.

F. HASSELQUIST in *Aegyptum & Palaestinam.* 1749.

O. TORENI in *Malabariam & Suratte.* 1750.

P. OSBECKII in *Chinam & Javam.* 1750.

P. LOEFLINGII in *Hispaniam & Americam.* 1751.

P. J. BERGII in *Gotlandiam* insulam. 1752.

M. KEHLERI in *Italiam & Apuliam.* 1752.

D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem & Tornonsem.* 1753.

D. ROLANDRI in *Surinamum & Eustatium.* 1755.

FINEM Operis obtinero, si inde

*Peregrinatores* dignoscant notiora antea naturalia.

Curiosi attentiores *Musca* intrantes, visa intelligant.

Docti nova, nec trita, *actis* suis inferant.

Scientia facilius *augeatur* sepositis vulgatoribus.

*Nomina* magis stabiliantur, imprimis *Trivialia* & *Generica.*

His utere L. B. donec alii plura praestantioraque fiant.

Upsaliae 1757. Maji 24.

IN-

---

Docuisti me DEUS a juventute mea,  
& usque nunc pronuntiabo Mirabilia Tua.

---

## INTROITUS.

**H**OMO mundi intraturus theatrum quæritur *Quis sit: unde ortus?* e stemmate Creationis: *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam: *Quo manere?* curiosum esse similemque quidem reliquis animantibus (quæ vorant. ludunt. pruriunt. generant, multiplicantur, dormiunt. commoda stabula quærunt, proximis sui generis inserviunt. vitam tuentur. sentiunt, percipiunt,) sed nobiliorem. utpote qui meditatur. ratiocinatur. miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O quam contemta res est homo. nisi supra humana se erexit! Quid enim erat cur in numero viventium se positum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut hoc corpus casurum periturumque sarciret? quæ tanta necessitas in fundum telluris intimæ hominem merfit, ut oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris. ab hoc se averteret? Puto certe multos ad sapientiam perventuros, nisi superbia magnæ fortunæ inflati. putassent se pervenisse: sapiens utique est. qui fines respicit.

*Finis Creationis telluris est gloria DEI ex Opere Naturæ per Hominem solum.*

Tanto igitur magis nosse Naturam opere (\*) pretium, quo nullum majus est! neque enim quidquam habet in se hujus materiæ tractatio pulchrius, cum multa lateant futura usui, quam quod hominem Magnificentiâ sua detinet. nec mercede. sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis committitur, & quam multa, præter hæc. quæ vidimus, in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia: neque enim omnia DEUS humanis oculis nota fecit. Multa etenim sunt quæ esse audivimus. qualia autem sint ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus seculo! & quidem multa venientis ævi populus. ignota nobis. sciet! multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit. reservantur: veniet tempus. quo ista quæ nunc latent. in lucem dies extrahat & longioris ævi diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul tradit; initiatos nos credimus. in vestibulo ejus hære-

(\*) lege. opere. *Vitæ Emendanda pag. 824.*

mus; illa arcana non promiscue. non omnibus patent! reducta & interiori(\*) sacrario clausa sunt; involuta veritas in alto latet.

Si in hoc juvenus sobria incumberet (\*\*), hoc Majores docerent, hoc Minores addiscerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa Tellure, & levi manu quærimus. Magni omnino res est rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriori ejus conspectu, introspicere & in Divina secreta descendere. *Senec.*

Intravi itaque densas umbrosasque Naturæ Silvas, hinc inde horrentes acutissimis & hamatis spinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam esse circumspectum didici, cujus non diligentia sibi ipsi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, humerisque insipientium simiolorum speculationes sustinui, incessi viam & quem dederat cursum fortuna peregi.

IMPE-

---

## O JEHOVA!

Quam magna sunt Tua Opera!  
Vir insipiens non cognoscit ea  
& stultus non animadvertit ea.

*David.*

---

(\*) lege: in interiori. Vide Emendanda pag. 824.

(\*\*) Confer Worm. mus. præfat. I.

# IMPERIUM NATURÆ.

DEUM *semperiternum, omniscium, omnipotentem* a tergo transeuntem vidi & obstupui! legi aliquot Ejus *vestigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etiam minimis, ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Observavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terrestribus, *Terrestria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcusso volvi circa solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyron cum reliquis *Astris*, systemaque *Siderum*, spatio & numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo suspensum teneri ab incomprehensibili *Movente primo*, ENTE ENTIUM (a). *Causa causarum, Custode Rectoreque universi, mundani hujus operis Domino & Artifice. Vis illud FATUM vocare, non errabis, est ex quo suspensa sunt omnia. Vis illud NATURAM vocare, non errabis, est ex quo nata sunt omnia. Vis illud PROVIDENTIAM vocare, recte dices, est cujus consilio mundus actus suos explicat* (b); totus est SENSUS, totus VISUS, totus AUDITUS, totus ANIMÆ, totus ANIMI, totus SUI; hujus EXTERA indagare non capit humanæ conjectura mentis (c); NUMEN esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum neque creatum (d). Hoc sine quo nihil est, quod totum hoc fundavit & condidit, quodque oculos nostros & implet & effugit, cogitatione tantum visendum est; in sanctiore enim secessu Majestas tanta delituit, nec ulli dat aditum nisi animo. (e)

MUNDUS complectitur omnia sub jove, quæ in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt hæc *Astra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta: horum inoffensam velocitatem procedere videmus æternæ legis imperio, nec esse temere errantis hunc ordinem, neque quæ temere coiverunt tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat (quasi) immotum & circum se properantis cæli fugam spectet. (f)

(a) *Aristoteli.* (b) *Senec. quæst. II: 45. hoc respectu, sed caute, ne effectus sumatur pro causa.* (c) *Exod. XX: 4.* (d) *Plin. Nat. II. t. 7.* (e) *Senec. VII: 31.* (f) *Senec. I: 1.*

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quæ gyranur motu perpetuo; sunt hæc aut SIDERA propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stellæ fixæ*; aut PLANETÆ a sideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; secundarii obsecundantes Planetis, ut *Luna Telluri*, alique; nec posse sine Custode tantum opus stare, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quæ casus incitat sæpe turbari & cito arictare. (g)

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphæram Planetarum constituenta, spatia inter Astra forte replentia:  
 TERRA *opaca*, *fixa*, *frigida*, *quiescens*, *sterilis*.  
 AQUA *diaphana*, *fluida*, *humida*, *penetrans*, *concupiens*.  
 AËR *pellucidus*, *elasticus*, *flexibilis*, *obvolitans*, *generans*.  
 IGNIS *lucidus*, *resiliens*, *calidus*, *volans*, *vivificans*.  
*Omnium Elementorum alterni recursus sunt, quidquid alteri perit in alterum transit; alternæ sunt vices rerum.* (h)

TELLUS est globus planetarius horis 24 rotatus, circum solem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmosphæra obvelatus, rerum *Naturalium* stupendo cortice tectus, cujus cognoscendæ superficiei studemus. Globus hic terraqueus est, cujus depressiorem partem Aquæ inundant & *Mare* lente coarctandum: elatiorem vero aquæ fugiunt sensim dilatandam in *Continentem* siccam habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, ut summi montes perennique nive Alpini *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes, camque permeantes, potum terrestri cibo addant in alimentum incolarum. dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore vivificatis corporibus. *Sic omnia adjuvabunt Naturam, ut naturæ opera peragantur* (i).

NATURALIA sunt corpora cuncta Creatoris manu composita, corticem Telluris constituenta, in Regna Naturæ tria divisa, quorum limites concurrunt in *Lithophytis*.

LAPIDES corpora *congesta*, nec viva, nec sentientia.

VEGETABILIA corp. *organifata* & *viva*, non sentientia.

ANIMALIA corp. *organifata* & *viva* & *sentientia*, sponteque se moventia. *Tota enim hujus mundi concordia ex discordibus constat* (k); *Nec ad unam Naturæ formam opus suum præstat, sed in ipsa varietate se jaçtat* (l).

HOMO

(g) *Senec.* (h) *Senec. III: 10.* (i) *Senec. III: 29.* (k) *Senec.*  
 (l) *Senec. VII: 27.*



HOMO sapiens. creatorum operum perfectissimum, ultimum & summum, in Telluris cortice, Majestatis Divinæ stupendis indicibus oblecto, constitutus, secundum sensus judicans artificium. admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conservationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechanismus. Nexus, Fines, Commoda. *Sic totus Mundus gloria divina plenus est* (m), dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata contemplatur auctoris sui Majestatem ex fine creationis, dignus hospes constitutus Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit præsentia voluptatis cælestis, cujus particeps Animus in luce obambulat & tamquam in terrestri cælo vitam degit* (o); *Nec pietas adversus DEum, nec quanta huic gratia debeatur, sine explicatione Naturæ intelligi potest* (p).

SAPIENTIA, divinæ particula auræ, summum est attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiæ gradus est res ipsas nosse. Notitia consistit in vera *idea* objectorum, qua similia a dissimilibus distinguuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inscriptis: hanc notitiam ut cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda singulis diversis imponat; Nomina enim si pereunt, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt. quibus destitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla descriptio quamvis accurate tradita, certum demonstrat, sed plerumque fallit* (q).

METHODUS, anima Scientiæ, sistat notas proprias rebus inditas systematice digestas; Systema apte quinquies tantum subdividitur: sic

<i>Classis,</i>	<i>Ordo,</i>	<i>Genus,</i>	<i>Species,</i>	<i>Varietas.</i>
<i>Genus sum. G. intermedium,</i>	<i>G. proximum,</i>	<i>Species,</i>	<i>Individuum.</i>	
<i>Provincia,</i>	<i>Territoria,</i>	<i>Paræcia,</i>	<i>Pagi,</i>	<i>Domicilium.</i>
<i>Legiones,</i>	<i>Cohortes,</i>	<i>Manipuli,</i>	<i>Contubernia,</i>	<i>Miles.</i>

*Nisi enim in ordines redigantur & veluti castrorum acies distribuuntur tumultu & fluctuatione omnia perturbari necesse est* (r).

NOMINA respondeant Methodo Systematicæ; sint itaque:

Nomina *Classium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatum.*  
 Character. *Classium, Ordinum, Generum; Specierum, Varietatumq;*  
 Differentiis definita. nam nomina nosce oportet qui rem scire velit.

A †

(m) *Esa. VI: 4.* (n) *David. CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.*  
 (q) *Cæsalpinus.* (r) *Cæsalpinus.*

velit, *confusis enim nominibus omnia confundi necesse est. Nominum ideoque impositio primi hominis in auria ætate actio erat.*

SCIENTIA Naturæ innitur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Systematicæ tamquam filo ariadneo. secundum quod Naturæ mæandros unice tutoque permeare liceat.

Ordo alius struentis est, alius est inhabitantis. Creator incipit a simplicissimis elementis Terreis, per Lapides. Vegetabilia. Animalia in hominem desinit. Homo autem incipiat a se ipso. desinat in Terram. Auçtor Systematis a particularibus ad universalia adscendat; Doçtor vero contra a generalibus ad specialia descendat. Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios: adscendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attingerit. Data distincta rerum cognitione ulterius penetrandum in Specialissimas Proprietates, Phænomena, Mysteria, Dotes, Vires, Ufus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum sit omnis Diætæ, Medicinæ, Oeconomix tam privatæ quam ipsius naturæ. *Felices agricolæ bona si fuerint.*

Omnes res creatæ sunt divinæ sapientiæ & potentiæ testes, divitiæ felicitatis humanæ: ex harum usu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conseruatione, Proportione, Renouatione*, potentia *Majestatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus sibi relicta semper æstimata: a vere eruditis & Sapientibus semper exulta; peruerse doctis & barbaris semper inimica fuit.

RE-

---

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,  
& virtutem Terribilium Tuorum dicant  
generationes.

*David.*

---

## REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA organisatione viva, nervis *sentiunt, percipiunt,* seque ex arbitrio *movent* motu possibili.

VIVENTIA singula, in multiplicatione prodiga Natura. orditur a minimis, generat in fluido. incipit in ovi liquido, cum *omne vivum ex ovo.*

OVUM intra *Tunicas*, sæpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti insertum *Punctum* saliens, *vegetans* in Embryonem, *caulescentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium novi animalis sui que simillimi, tamquam plumulam intra femem vegetabile; hoc Patris polline spermatico electrifatum calore excluditur; *Punctum* saliens enim Ovi incubantis Avis ostendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla: corculum hoc, cessans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, sensim dilatata, liquores secundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus est tantum a prima creatione continuata vitæ ramificatio, cum ovum sit gemma matris ab exordio viva, licet non sentiens ante fœcundationem; sic *Generatio Æquivoca nulla.*

CORPUS Animantium composita est machina:

NATURALIS, vegetat e cranii *Tubere* crustato, *Caule* verticali, articulo rigido, opposite ramofo, cui insident *Folia* carnosa, fibrosa, sparsa, apicibus etiam affixa in Musculos, prodente *Fruificatione* genitalium e dichotomia ultima caulis.

VITALIS, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vasis lacteis intra tubi intestinalis sterquilinum, *ramificatur* ad caulem naturalem duplici canali circulante, ne succus alimentaris quavis tempestate & statu deficiat.

ANIMALIS, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullæ, indolis incognitæ, sedis cogitantis, Fila simplicissima, electrica ad fibras omnes irritabiles exserit, per quæ cogitans sentit & movet.

ORGANA sensuum machinæ sunt physicæ, insertæ extremitati nervi, sensorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal:

OCULUS: *Camera obscura* imaginem proportionem, figura, colore depingens.

AURIS: *Tympanum* membranæ corda tenfæ super cochleam, a motu ætheris tremens.

NASUS: *Membrana* latiffima, humida. contortuplicata, aëris perreptantis volatilia figens.

LINGVA: *Spongiolæ* bibulæ, fparfæ, humido folutum atrahentes.

TACTUS: *Papillæ* molliusculæ, figuram impreffam brevi affumentes.

His gaudent plurima Animalia, fed non omnia. Plura fi Creatori addere placuiffet, plura percepiffent; uti Magnete præfentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennas* Infectis folis conceffit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione folida præfentia; examinat *Nafus* volatilia nervis, *Lingua* folubilia fibris, affumenda: f. conceffa falutaria, f. vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

GAUDIUM	puerile,	fanguineum,	rubrum,	oleofum,
	spongiofum,	tepidum	libere pulfans,	anhelans,
	ridens,	transpirans.	promptum.	<i>Vita.</i>
METUS	juvenilis,	phlegmatic.	pallefcens.	aquofus,
	laxus,	horrens,	debile pulfans,	dyspnoicus,
	fuffocans,	cacans,	tremens.	<i>Morbis.</i>
IRA	virilis,	cholericæ.	fufca,	spirituofa,
	ftriçta,	fervens,	dure pulfans,	afhmatia,
	ftertens,	miçturiens.	agitans.	<i>Medicina.</i>
MOEROR	fenilis,	melancholic.	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus.	tarde pulfans,	orthopnoicus,
	fufpirans,	obfipans,	quiefcens.	<i>Mors.</i>

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiffa luget.

IMPERANTIUM cauffa quemadmodum Populi non funt nati, fed fubditorum ordini fervando Imperantes conftituti. ita Vegetabilium cauffa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal in œconomia naturæ) ob maxima & fingula, feſe vero præcipue, fæva mercede conduçta tyrannidem exercent, ut Proportio cum nitore Reipublicæ naturæ perennet. Viciffim finguli cives confpirant in Majeſtatem Hominiſ rationaliſ imperantiſ, cujus eſt ſummum Reipublicæ auctorem agnoſcere.

RES PUBLICA Naturæ. tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios ad Mare tranans, e numerosissima Plebe in pauciores Nobiles, paucissimosque Magnates ad Imperantem adscendit. dum Animalia minima, numero, vi. potentia facile infinita, in usum cedant majoribus, inertioribus, præstantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota fit.

OPERATIONES incolarum præcipuæ sunt: 1. *Multiplicare* Speciem. ut negotiis sufficiant. 2. *Auferre* immunda, cadavera. languida. conspurcata. stagnantia. acida. putrida, ut nitor aulae fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum; 4. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium fervare, ut proportio perennet. 5. *Indicare* se ipsos ab interitu, ne vacet administratio.

MINISTRI. propriis muniis præfixi, tot sunt, quot animalium Species, singuli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore sustentationem suam reportent; ne quidquam deficiat. ubi nihil supervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis sese immisceat, simulque lucrum alteri præripiat: sub pœna capitali sancita Lex. ipsa sensibus, Olfactus imprimis & Gustus. inscripta, ne transgressores excusabiles evaderent. Sic rapina rerum omnium est, quam Armis, Fulcris. Munimentis, Halitu eludunt vivaciora, dum Languida succumbant, & Vegetiora in motu festinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES etiam præfixi ad munera promte peragenda: blanda Venus ad propagationem irritat; avara Fames ad sustentationem impellit; atrox Dolor ad conservationem cogit: neque hæc sine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna structura indicatur:

COR biloculare, biauratum:	} viviparis	<i>Mammalibus.</i>
<i>Sanguine</i> calido, rubro.		
COR uniloculare, uniauratum:	} pulmone arbitrario	<i>Amphibiis.</i>
<i>Sanguine</i> frigido, rubro.		
COR uniloculare, inauratum:	} antennatis	<i>Insectis.</i>
<i>Sanie</i> frigida, albida.		

## I. MAMMALIA.

*Cor* biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro. (\*)  
*Pulmones* respirantes reciproce.  
*Maxillæ* incumbentes, tectæ.  
*Penis* intrans viviparas, lactantes.  
*Sensus*: Lingua. Nares, Tactus. Oculi, Aures.  
*Tegmenta*: Pili, pauci indicis, paucissimi aquaticis.  
*Fulcra*: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, in quibus  
*pedes posteriores in caudæ pinnam coaliti.*

## II. AVES.

*Cor* biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro.  
*Pulmones* respirantes reciproce.  
*Maxillæ* incumbentes, nudæ, exfertæ, edentulæ.  
*Penis* subintrans absque scroto oviparas crusta calcarea.  
*Sensus*: Lingua. Nares, Oculi, Aures absque auriculis.  
*Tegmenta*: Pennæ incumbentes, imbricatæ.  
*Fulcra*: Pedes duo. Alæ duæ.

## III. AMPHIBIA.

*Cor* uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.  
*Pulmones* spirantes arbitrarie.  
*Maxillæ* incumbentes.  
*Penes* bini. Ova plerisque membranacea.  
*Sensus*: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.  
*Tegmenta* coriacea nuda.  
*Fulcra* varia variis, quibusdam nulla.

## IV. PISCES.

*Cor* uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.  
*Branchiæ* extus comprimendæ.  
*Maxillæ* incumbentes.  
*Penes* nulli. Ova absque albumine.  
*Sensus*: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).  
*Tegmenta*: Squamæ imbricatæ.  
*Fulcra*: Pinnæ natantes.

## V. IN-

(\*) In omnibus animalibus, quibus sanguis non calet, ventriculus cordis est unicus. *Hall. Boerh. l. p. 117, 191.* miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adscribat *Hasselquist iter 293.*

## V. INSECTA.

*Cor* uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

*Spiracula*: Pori laterales corporis.

*Maxillæ* laterales.

*Penes* intrantes.

*Sensus*: Lingua, Oculi, Antennæ in capite absque cerebro.  
(non Aures, Nares).

*Tegmenta*: cataphracta cute ossæ sustentante.

*Fulera*: Pedes, quibusdam Alæ.

## VI. VERMES.

*Cor* uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

*Spiracula* nulla?

*Maxillæ* multifariæ, variæ variis.

*Penes* varii Hermaphroditis Androgynis.

*Sensus*: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures,  
Nares).

*Tegmenta* interdum calcarea vel nulla, nisi Spinæ.

*Fulera*: nulli Pedes aut Pinnæ.

CLAS-

---

Terribilia sunt opera Tua DOMINE,  
In multitudine virtutis Tuæ, Te metientur  
inimici Tui.

---

# CLASSIS I.

## MAMMALIA.

MAMMALIA hæc & nulla alia mammata Animalia, ex structura, visceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*. nobiscum Continentem inhabitant. tanquam inter hostes atrocissimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum se subducunt.

VESTITUS Quadrupedum e *Pilis* flexilibus. mollissimis, distinctis, injuriæ minus obnoxiiis; iisque fertioribus in frigidis quam æstuantibus terris. Hi vero *Pili* in *Aculeos* coaliti (*Eri-naceo*. *Hystricibus*), aculei explanati in *Squamas* (*Mani*), squamæ coadunatæ in *Scutum* (*Dasydis*): at pilorum vellus sæpe distinctum *Suturis* (*Cani*, *Equo*), quæ elongatæ in *Jubam* (*Equo*, *Sui*): Sed *Aquatica nuda* evasere, ne madescerent, nisi in terram exire aliquando necesse habeant. Præterea *Facies* sæpe *Verrucis*, *Labia Vibriffis*, *Mentum Barba* (*Homini*, *Simiæ*, *Capræ*) & *Pedes Callis* non raro notata sunt.

FULCRA, motus instrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hostem, aut assequendo prædam TERRESTRIBUS sunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* instruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice divisæ (*Primatibus*, *Didelphibus*); Posteriores autem *Plantis*, ut validius properarent. & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fiffi* digitis separatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmiter persisterent (*Homini*, *Urfo*): Ne vero fuga detererentur inter aspera, vel denso vellere manicati (*Lepori timido*, *Vulpi Lagopo*, *Bradypis*), vel *Ungulis* tanquam calceis induti sunt *digiti* (*bifulcis Pecoribus*, *Suibus*), qui etiam *succenturiatis* muniti *talis*, vel *Solipedes* indivisis pedibus (*Equis*): sed in *manibus* sæpe *ungues* plani, orbiculati (*Homini*, *Simiis*, *Lemuribus*): At vero rapaciores *Feræ unguibus* armatæ *fulbulatis* ut prædam apprehenderent, lacerarent, terramque foderent: sed *Volantia* vel *manibus* elongatis *palmatisque* aëra scandunt (*Vespertiliones*), vel *membrana* inter *palmas plantasque* expandenda, velificant (*Lemur*, *Sciurus*, *Mus*). Aliter *AQUATICA*, quorum *brachia* intra *latus* retracta, & *femora* postice coadunata *plantis* in *caudam* horizontalem (*Cetis*).



ARMA Mammalium præter dictos ungues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inferta sunt; hæc vel *solida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apiceque crescentia (Cervis), vel *cava* vaginantia basiue crescentia (Bobus, Capris, Ovibus).

CIBARIA instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* sæpe compressi incifores pro evellendo, rodendo conscindendo: *Laniarii* conici longiores pro lacerando: *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtusi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* solæ Myrmecophagæ & Manis evasere.

UMBRACULUM est *Cauda*, qua turpissimæ absconduntur partes: hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpæ, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem & ultra (Canibus, Muribus, &c); harum singulæ vel *Nuda* (Muribus), vel *Prehensiles* convolvendæ proque quinta manu inservientes (Simiis, Hystrici, Didelphibus), vel *Comosæ* longis fetis (Equis, Bobus), vel *Floccosæ* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Jaculo), vel *Diflichæ* utrinque pilosæ (Sciuris, Myrmecophagæ).

CUSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conservatione individui: sed terrestribus Aures instructæ *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculæ nullæ; *Nasus* figura varia interdum elongatus in *proboscidem* (Elephanti, Bestiis), situs supra Labium superius *jiffum* (Gliribus) aut *lacunofum* (plerisque).

GENITALIUM curiosior indagatio abominabilis displicet, quamvis varia & singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

VENERE *Taga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole vivaciore, incuntes feminas viviparas fœtum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremve ætatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynæceum ex pluribus feminis sibi associatis defendit (Phocæ): paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas & Femina individui focii curam gerunt fœtus (Simiæ nonnullæ, Lemur, Vespertiliones, Erinaceus).

MAMMÆ lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatæ: *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* simul (Gliribus pluribus): *longitudinaliter* digestæ (Suibus aliisque), at sæpius binæ pro fingulo fœtu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob *Carnes, Lac, Corium, Vellera, Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Camelus, Elephas; *instituuntur* Feræ variæ pro *venatu, muribus, serpentibus*: Vivariis asservantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

MAM- MALIA	{ Quadrupedia, (ungvibus armata) Dentibus Primoribus Pinnata (mutica absque ungvibus) loco pedum instructa	{ nullis utrinque — — Bruta. 2. — superioribus, inferioribus pluribus — — Pecora. 6. duobus; laniariis nullis — Glires. 5. uno pluribus — Bestiæ 4. pluribus; laniariis solitariis; {quatuor Primates. 1. primoribus fu- sex obtusis Belluæ. 7. perioribus — acutis Feræ. 3. — — Cetæ. 8.	{ — — — — — — — — — — — —
---------------	--	---	---

### I. PRIMATES.

Dentes primores superiores *IV paralleli*. Laniarii *solitarii*.  
Mammæ *pectorales, binæ*.

Palmae *Manus sunt*.

Brachia *diducta clavicularis, incessu tetrapodo valgo*.

Scandunt *arbores earumque gasas legunt*.

### II. BRUTA.

Dentes primores *nulli superius aut inferius*.

Incessus *inceptior*.

### III. FERÆ.

Dentes primores *utrinque: superiores VI, omnes acutiores*.

Laniarii *solitarii*.

Ungues *pedum acuti*.

Victus *ore fœventium e cadaveribus, rapina*.

### IV. BE-

## IV. BESTIÆ.

Dentes primores *utrinque numero indeterminato*. Laniarii *semper uno plures*.  
 Nafus *elongatus, fodiens*.  
 Viçtus *e succofis radicibus, vermibus*.

## V. GLIRES.

Dentes primores *superius inferiusque 2*. Laniarii *nulli*.  
 Pedes *curfu falientes*.  
 Viçtus *rodendo cortices, radices, vegetabilia, &c.*

## VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures; superiores nulli*.  
 Pedes *ungulati, bifulci*.  
 Viçtus *evellendo plantas ruminandas*.  
 Ventriculi 4: *Ingluvies macerans, ruminans; Reticulum cancellatum, recipiens; Omafus multiplicatus, confumens; Abomafus fasciatus, acefcens Coagulo pro febo, ut minus calefcant.*

## VII. BELLUÆ.

Dentes primores *plures, obtusi*.  
 Inceffus *gravis*.  
 Viçtus *extrahendo vegetabilia*.

## VIII. CETE.

Pedum loco *pinnae pectorales & caudæ (plagiura) plana*.  
 Ungues *nulli*.  
 Dentes *cartilaginei*. Nafus *frontis sæpe fiflula*.  
 Viçtus *e Mollufcis, Piscibus*.  
 Locus *pelagicus*.  
*Hos a Piscibus divulfos juffi Mammalibus associari ob Cor biloculare calidum, Pulmones respirantes, Aures cavas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturæ jure meritoque.*

AUCTORES: *Gefnerus, Aldrovandus* diffuse, epitomator ejus *Jonffonus, Rajus*, paucique alii paffim, fed mancã reliquerunt *Hifloriam*, de novo ordiendam fecundum *notas proprias; Descriptionibus* attributorum, *Diæta varia, Oeconomia* propria, reliquis, ut *folida grana e furfurum quisquiliis depurentur; exemplaria* propofui in *Cane domestico, Cervo Rhenone, Mure indico, Ove Ariete*.

## GENERUM Characteres compendiosi.

## I. PRIMATES.

1. HOMO *nosce te ipsum.*
2. Simia *Dentes laniarii, hinc remou.*
3. Lemur *Dentes primores inferiores 6.*
4. Vespertilio *Manus palmatae volatiles.*

## II. BRUTA.

5. Elephas *Dentes laniarii & molares; Nasus proboscide elongatus.*
6. Trichecus *Dentes laniarii superiores; molares ex offe rugoso. Pedes postici coadunati.*
7. Bradypus *Dentes laniarii & molares. Nasus obtusus.*
8. Myrmecophaga *Dentes nulli. Corpus pilosum.*
9. Manis *Dentes nulli. Corpus squamatum.*

## III. FERÆ.

10. Phoca *Dentes primores inferiores 4. Auriculæ nullæ.*
11. Canis *Dentes primores superiores intermedii lobati.*
12. Felis *Lingua aculeata. Ungues retractiles.*
13. Viverra *Lingua aculeata. Ungues exserti.*
14. Mustela *Dentes primores inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
15. Urfus *Dentes primores superiores excavati. Penis offe flexuoso.*

## IV. BESTIÆ.

16. Sus *Dentes primores superiores 4, inferiores 8.*
17. Dasyfus *Corpus testa zonis interseeta.*
18. Erinaceus *Dentes primores superiores 2, inferiores 2.*
19. Talpa *Dentes primores superiores 6, inferiores 8.*
20. Sorex *Dentes primores superiores 2, inferiores 4.*
21. Didelphis *Dentes primores superiores 10, inferiores 8.*

## V. GLIRES.

22. Rhinoceros *Cornu nafale.*
23. Hyſtrix *corpus Spinis teſtum.*
24. Lepus *Dentes primores superiores duplicati.*
25. Caſtor *Dentes primores superiores angulo recto excavati.*
26. Mus *Dentes primores superiores subulati.*
27. Sciurus *Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.*

## VI. PECORA.

28. Camelus *ecornis dentibus laniariis pluribus.*
29. Moſchus *ecornis dentibus laniariis ſolitariis: ſuperioribus exfertis.*
30. Cervus *Cornua ſolida, ramoſa, decidua.*
31. Capra *Cornua tubuloſa erecta.*
32. Ovis *Cornua tubuloſa reclinata.*
33. Bos *Cornua tubuloſa porrecta.*

## VII. BELLUÆ.

34. Equus *Dentes primores approximati.*
35. Hippopotamus *Dentes primores diſtantes.*

## VIII. CETE.

36. Monodon *Dens in maxilla ſuperiore exfertus.*
37. Balæna *Dentes cornei in maxilla ſuperiore.*
38. Phyſeter *Dentes in maxilla tantum inferiore.*
39. Delphinus *Dentes in utraque maxilla.*

## I. PRIMATES.

*Dentes Primores superiores IV, paralleli.  
Mammæ Pectorales II.*

## 1. HOMO nosce Te ipsum. (\*)

Sapiens. 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*  
Ferus. tetrapus, mutus, hirsutus.

*Juvenis Urfinus lithuanus. 1661.*

*Juvenis Lupinus heffensis. 1344.*

*Juvenis Ovinus hibernus. Tulp. obs. IV: 9.*

*Juvenis Hannoveranus.*

*Pueri 2 Pyrenaici. 1719.*

*Johannes Leodicensis.*

*America-α. rufus, cholericus, rectus.*

*nus. Pilis nigris, rectis, crassis; Naribus patulis; Facie ephel-  
litica, Mento subimberbi.*

*Pertinax, hilaris, liber.*

*Pingit se lineis dædaleis rubris.*

*Regitur Consuetudine.*

β al-

(\*) NOSSE SE IPSUM gradus est primus sapientiæ, dictumque *Solonis*, quondam scriptum litteris aureis supra *Dianæ* Templum. *Muf. ADOLPH. FRID. Præfat.*

*Phylogice*: Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina tenella, sed adolescente in perfectissimam, facultatibus instructam fere omnibus pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abjecit natura ad vagitus statim & ploratum, manibus pedibusque devinciendum Animal cæteris imperaturum; cui scire nihil sine doctrina: non fari, non ingredi, non vesci, non aliud natura sponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura promisit, quæ primum nascentium omen fletum esse voluit. Seneca.*

*Dieteticæ*: Te sanitate & tranquillitate, si noveris, felicem: *Moderatis* conservandum, *Nimiis* destruendum, *Variatis* afficiendum, *Insuetis* frangendum, *Consuetis* indurandum; polyphagum Culina instructissima, per errores gratissima, igne vinoque horrenda. *Parvo* famas constat, *magno* fastidium. *Seneca.*

*Pathologicæ*: Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Cura, tot Pericula. Breve universum utique ævi tempus: Pars æqua morti similis exigitur; nec reputantur Infanticiæ anni, qui sensu carent; nec Senectæ in penam vivaces: hebescunt Sensus, torpenti Membra, præmoriuntur Visus, Auditus, Incessus, Dentes, Ciborum instrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam præterit, quidquid ætatis retro est Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas esse; cito natura revocavit & condet; Mors omnes æque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum Senec. II: 59.*

*Euro-æus.* β. albus, fanguineus, torofus.  
*Pilis* flavefcenribus prolixis. *Oculis* cæruleis.  
*Levis*. acutiffimus, inventor.  
*Tegitur* Veftimentis arc̄tis.  
*Regitur* Ritibus.

*Afiati-cus.* γ. luridus, melancholicus. rigidus.  
*Pilis* nigricantibus. *Oculis* fufcis.  
*Severus*. faftuofus, avarus.  
*Tegitur* Indumentis laxis.  
*Regitur* Opinionibus.

B 3

δ. ni-

*Naturaliter*: Te audacis naturæ miraculum, Animalium Principem, cujus cauffa cuncta genuit natura, effe animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, fapientiffimum; fed fragile, nudum, fuapte natura inerme, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, alienæ opis indigens, anxie mentis follicitæque tutelæ, precarii fpiritus, pertinacis fpei, querulæ vitæ, tardæ fapientiæ. Temporis annihilati emortui contentorem, præfentis vividi dilapidatorem, futuri dubii æftimatorem in vita volucri, pretiofiffima, irrevocabili; fic optima quæque dies miferis mortalibus ævi prima fugit; alium ad quotidianum opus laboriofa Egeftas vocat; alium Luxus incarcerat, altilemque fuffocat; alium Ambitio numquam quieta follicitat; alius Divitiis, quas optaverat, metuit, & voto laborat fuo; alium Solitudo, alium femper vestibulum obûdens turba. Hic fe habere dolet Liberos, hic fe perdidiffe; Lacrymæ nobis deerunt antequam cauffæ dolendi. Sed quousque nos malos noſtra mala rapuere: circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos fine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, fecundos optare ventos, quorum felicitas eſt ad bella perferre; parum videlicet ad mortes noſtras terra late patet. *Senec. Cætera animantia congregari contra diſſimilia, at Homini plurima ex homine mala. Plin.*

*Politice*: Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum confvetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, fecundum quam honeſtus, fortis, fapiens, moratus, pius exiſtimaris; Cum gubernatus Opinions vivas ad Confvetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros conſtitutum, cum nulli contigit impune naſci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem præbeas, dum interim, dulci fortuna ebruius, colligendo in craſtinum Lapillos fortunæ certas, verbis in furorem ageris, aliter theoretice pios odio perfequeris, quantosque tumultus excitas, non ut fervias, fed cui; nugis irrevocabile tempus confumis; immortalia æternaque animo volutas, de feris nepotibus pronepotibusque diſponis, novas fpes oblitus conditionis Tuæ ponis, dum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (*ἄνθρωπος*) ſomnium primo obſervas; *Sic vivimus ut immortales & morimur ut mortales. Senec.*

*Moraliter*: Te ſub rudi larva Ineptum, Lascivum, Imitatorem, Ambitioſum, Prodigum, Solicitum, Aſtutum, Auſterum, Invidum, Avarum, *transformari* in Attentum, Caſtum, Conſideratum, Modeſtum, Sobrium, Tranquillum, Sincerum, Mitem, Beneficum, ſuis Contentum. *Uni animantium*

*Afer.* δ. niger, phlegmaticus, laxus.

*Pilis* atris, contortuplicatis. *Cute* holosericea. *Naso* firmo. *Labiis* tumidis. *Feminis* sinus pudoris; *Mammæ* lactantes prolixæ.

*Vafer*, fegnis, negligens.

*Ungit* se pingui.

*Regitur* Arbitrio.

*Monstro*-ε. folo (a) arte (b, c).

*fus.* a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.

*Patagonici* magni, fegnes.

b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.

*Junceæ* puellæ abdomine attenuato: Europææ.

c. *Macrocephali* capite conico: Chinenfes.

*Plagiocephali* capite antice compresso: Canadenfes.

*Habitat inter Tropicos sponte gratisque; per reliquam Telluris totam continentem coactæ.*

CORPUS erectum, nudum, Pilis raris remotissimis adspersum, subsexpedale.

CAPUT obovatum: *Pileus* pilofus: *Sincipite* obtuso, *Vertice* obtusissimo, *Occipite* gibbofo.

*Facies* nuda: *Frons* planiuscula, quadrata, *Temporibus* compressa, angulis sinu intra *Pileum* ascendens. *Supercilia* prominula pilis extrorsum imbricatis, interfincta *Glabella* planiuscula. *Palpebra superior* mobilis, *inferior* quieta; utraque *Ciliis* exstantibus subrecurvatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculata. *Genæ* gibbæ, molliusculæ, coloratæ. *Malæ* compressiusculæ, uti *Buccæ* laxiores. *Nafus* prominens, labio brevior. compressus, apice altior gibbifiorque: *Naribus* ovalibus,

intus

---

*Luctus, Luxuria, Ambitio, Avaritia, Vivendique cupido; curat atque etjam post se de futuro. Plin.*

*Theologicæ:* Te ultimum finem creationis;

In *Telluris* globum, omnipotentis magisterium, introductum; ratione sapiente, secundum sensus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnosceres Creatorem omnipotentem, omniscium, immensum & sempiternum DEum.

(*Cætera revelata a Theologis explicanda.*)

*Duo namque sunt que in cognitionem DEi ducunt, Creatio & Scriptura.*

*Augustinus.*

*DEUS itaque Natura cognoscendus, dein Doctrina recognoscendus.*

*Tertullian.*

*Homo solus DEum contemplatur, Naturæ & Revelationis eundem Auctorem: quem te DEus esse*

*jussit, & humana qua parte locatus es in re, disce. Perf. III: 71.*



intus hirtis, margine crassiusculo. *Labium superius* subperpendicularare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiusculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtusum, gibbosum. *Aures* laterales: *Auriculæ* rotundato-lunatæ, appressiusculæ, nudæ, supra margine fornicatæ; infra gibbosæ, molles.

TRUNCUS constans Collo, Thorace, Dorso, Abdomine.

*Collum* teretiusculum, capite brevius; *Cervicis Nucha* concava; *Gula* supra concava, medio subtus gibba.

*Thorax* antice posticeque depreffiusculus. *Pectus* planiusculum. *Jugulo* excavato, *Axillis* concavis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammæ* duæ. pectorales, distantes, gibbæ, rotundatæ: *Papilla* cylindrica, obtusa, rugosa.

*Dorsum Tergo* planiusculo, *Humeris* exstantibus, *Interfascipulio* depresso.

*Abdomen* gibbum, laxum: *Umbilico* excavato, *Epigastrio* planiore, *Hypogastrio* gibbosiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiusculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exserta: *Pene* cylindrico, *Scroto* subrotundo, rugoso cute laxa, *futura* longitudinali per *Perinæum* excurrente; f. *Vulva* gibba, compressiuscula. *Anus* retractus.

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum & *Pedibus* posterioribus.

*Manuum Armi* divaricati, crassiusculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuso-prominulus. *Lacertæ* crassitie armorum. teretes. introrsum planiores. *Palmæ* rotundatæ, dilatatæ, planæ, extus convexæ; *Vola* concava; *Digiti* V: *Pollex* remotus, brevior, crassior. *Digiti* 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4. fed 3 paulo longior. *Ungues* omnibus rotundati, plano-convexi, *lunula* pallida.

*Pedum Femora* approximata, *Lumbis* musculosis, *Natibus* gibbis, carnosis, *Genubus* antrorsum versis, obtusissimis, subtus concavis. *Crura* longitudine femorum, postice musculoso-ventricosa, inferne angustiora, antice macra. *Calcanci* *Talis* insistentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, utrinque oppositis, hemisphæricis, duriusculis. *Plantæ* oblongæ, supra convexiusculæ, subtus planæ, transverse concavæ. *Digiti* V: omnes incurvi, subtus gibbi, approximati. *Pollex* crassior, brevior; 2, 3 subæquales, 4, 5 decrecentes; ultimo minimo. *Ungues* ut in *Manibus* omnes.

*Differt itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloso Capite, Superciliis, Ciliisque, tandem Pube, Axillis, Maribusque Mento. Feminis Nymphæ & Clitoris; Mammæ 2 pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Uvula; Facies abdomini parallela, nuda; Naso prominente, compresso, brevior; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis incedentes.*

Troglodytes. H. nocturnus (\*).

Homo sylvestris Orang Outang. *Bont. jav. 84. t. 84. Kakurlacko. Kjæp. itin. c. 86. Dalin. orat. 5.*

*Habitat in Æthiopiæ conterminis (Plin.), in Javæ, Amboinæ, Ternateæ speluncis.*

*Corpus album, incessu erectum, nostro dimidio minus. Pili albi, contortuplicati. Oculi orbiculati: iride pupillaque aurca. Palpebræ antice incumbentes cum Membrana nictitante. Visus lateralis, nocturnus. Aetas XXV annorum. Die cæcutit, latet; Noctu videt, exit, furatur. Loquitur sibilo; Cogitat, credit sui causa factam tellurem, se aliquando iterum fore imperantem, si fides peregrinatoribus.*

## 2. SI-

\*) *Genus Troglodytæ ab Homine distinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, nisi assumerem notam lubricam, in aliis generibus non constantem. Nec Dentes laniarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Caffræ, quibus carent Simiæ, hunc ad simias reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ existant, ab hominis Genere separari queat, nam inter simias versantem oportet esse simiam. Apollodor.*

*Speciem Troglodytæ ab Homine sapiente distinctissimam, nec nostri generis illam nec sanguinis esse, statura quamvis simillimam, dubium non est, ne itaque varietatem credas, quam vel sola Membrana nictitans absolute negat.*

*Afri Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus sum, collatis imprimis Varietatum causis in Plantis, in Pullo Gallinaceo, nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris statui.*

*Præadamitas nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum simus Creationis opus.*

*Homo caudatus hirsutus. Maupert. epist. 7. Kjöp. it. 79. Bont. jav. 85, an Aldr. digit. 249? incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem excitet, carnesque affet, quamvis & crudas voret testimonio Peregrinantium.*

2. SIMIA. *Dentes Primores* IV, approximati.  
*Laniarii* folitarii, longiores hinc  
 remoti.  
*Molares* obtusi.  
*Cauda nulla*: Simiæ veterum.
- Satyrus. 1. S. ecaudata subtus nuda. *Syst. nat. VI. p. 3.*  
 Satyrus indicus. *Tulp. obs. III. c. 56.*  
*Habitat in Africa, Asia.*  
 Magnitudo pueri sexennis. Dorsum crinibus nigris hirsutum; subtus f. antice undique glaber.
- Sylvanus. 2. S. ecaudata, clunibus tuberoso-callofis. *Syst. nat. 3.*  
 Simia. *Gesn. quadr. 847.*  
 Simius cynocephalus alter. *Alp. ægypt. 241. t. 16.*  
 Cercopithecus. *Jonst. quadr. t. 59. f. 5.*  
*Habitat in Africa, Zeylona.*  
 Frons ad superciliarum regionem transverse gibba. Pellis ursina. Scrotum tamquam intra vulvam reconditum: vel penis intra Scroti foramen; autumnis Testiculi intumescunt. Sedes Femiinæ rari instar extuberans. Minatur minis, cachinno blanditur, cafferorum more salutatur. Sorbilis manu haurit. Femina menstruat.  
 Anatomie. *E. N. C. d. 2. a. 7. obs. 40.*  
 \* \* *Cauda abbreviata*: Papiones.
- Sphinx. 3. S. femicaudata, ore vibrissato, unguibus acuminatis.  
*Syst. nat. 3.*  
 Papio f. Baboon. *Gesn. quadr. 352. t. 353. Aldr. digit. 260. Jonst. quadr. 145. t. 61. f. 1. Raj. quadr. 158.*  
*Habitat in Borneo.*  
 Magnitudo *Moleffi*; incedens quatuor pedibus; Scrotum pendulum; Animal libidinosum, feminis facile vim infert; litteras transferre addiscit.
- Apedia. 4. S. femicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis: pollicum omnium rotundatis.  
 Simia cauda abrupta. unguibus compressis: pollice palmarum digitis adhærente. *Amæn. acad. 1. p. 278.*

Simia quam similis turpissima bestia nobis *Ennius*: quod Simiæ Mammæ, Uvula, Uterus, Cilia, Musculi Loquelæ, Ungues hominis sunt; non vero Rete mirabile, Clitoris, Nymphæ.

*Habitat in Indiis.*

Magnitudo & color *Sciuri subgrisei*; *similis S. sciureæ*.  
Pollex manuum anticarum non remotus. Ungues omnes  
oblongi, compressi, sed pollicum tam anteriorum, quam  
posteriorum humanis similes, Cauda brevissima, vix pol-  
licis transversa.

\* \* \* Cauda elongata: Cercopitheci.

- Silenus. 5. *S. caudata barbata*, corpore nigro, barba nivea proluxa.  
*Simia Callitriches magnitudine cynocephalorum. Alp.*  
*ægypt. 242?*  
*Habitat in Asia: Zeylona, Java &c.*  
*Species obscurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plu-*  
*rimis attributis.*
- Faunus. 6. *S. caudata barbata*, cauda apice floccosa. *Syst. nat. 3.*  
*Cercopithecus barbatus 1. Cluf. exot. 371. t. 371. Nic-*  
*remb. nat. 179. Raj. quadr. 153.*  
*Habitat*  
*Corpus nigricans; Barba, Pectus, anteriora abdomi-*  
*nis alba.*
- Panificus. 7. *S. caudata barbata*, cauda prehensili, palmis subtetra-  
dactylis. *Syst. nat. 3.*  
*Simia fusca major, palmis tetradactylis, cauda prehen-*  
*fili ad apicem subtus nuda. Brown. jam. 489.*  
*Guariba. Marcgr. bras. 229. t. 226. Raj. quadr. 153.*  
*Habitat in America meridionali: Brasilia.*  
*Corpus nigrum. Pedes & Cauda dimidia exterior brun-*  
*nea; Caudæ extremas hinc nuda, qua, quidquid e*  
*terra elevet, prendit. Digi Pedum 4-5. Z. Hall-*  
*man; est vero Pollex reliquis minor, introrsum a cæ-*  
*teris remotus, Unguesque manuum rotundati, pedum*  
*subulati. D. Aymen. Pullos in dorso gerit, qui ambiunt*  
*matris corpus posterius angustius. Oriente & Occidente*  
*sole congregantur concionem celebrantes. Marcgr.*
- Diana. 8. *S. caudata barbata*, fronte barbaque fastigiata. *Linn. aet.*  
*Stockh. 1754. p. 210. t. 6.*  
*Cercopithecus barbatus guineensis. Marcgr. bras. 227.*  
*t. 228. Raj. quadr. 159.*  
*Cercopithecus barbatus 2. Cluf. exot. 311.*  
*Habitat in Guinea.*

Magnitudo *Felis majoris*, nigra punctis albidis. Dorsum postice ferrugineum. Femora subtus helvola. Gula pectusque alba. Frons pilis erectis, albis, fastigiatis linea transversa in formam lunæ crescentis. Barba fastigiata, nigra, subtus alba, insidens tuberi adiposo. Linea alba ab ano ad genua ab exteriori latere femorum ducta. Ludibunda omnia dejicit, peregrinos nutritando salutatur; irata ore hiat maxillasque exagitat: vocata respondet greck.

Cephus. 9. S. caudata, buccis barbatis, vertice flavescente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.

*Cercopithecus barbatus* alius guineensis. *Marcgr. bras.* 228.

*Raj. quadr.* 156.

*Habitat in America.*

*Corpus subfuscum, subtus subcærulefcens; Os cærulefcens: barba flavescens.*

Aygula. 10. S. caudata subbarbata grifea, eminentia pilosa verticis longitudinali. *Ofb. iter.* 99.

*Habitat in India. Ofbeck.*

*Corpus griseum lupi coloris, subtus gula, pectore, abdomineque albicans. Cauda corpore longior, cinerea, attenuata. Facies planiuscula, albida, nuda. Nasus depressus, brevissimus, ab ore remotus, lacuna labii superioris gemina. Bucca subbarbata, longitudine menti subbarbati. Supercilia frontis gibba, prominentia. Pedes nigri: Ungues pollicum rotundati; reliqui oblongi. Auriculæ acutiufculæ.*

Hama- 11. S. caudata imberbis, auribus comosis. *Syst. nat.* 3.  
dryas. *Simius cynocephalus*, ad utramque aurem magna coma.

*Alp. ægypt.* 248.

*Habitat in Africa.*

*Hæc etiamnum obscura est.*

Jacchus. 12. S. caudata, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima longissima, unguibus subulatis: pollicum rotundatis. Simia auribus villosis patulis, unguibus pollicum subrotundis. *Syst. nat.* 3.

*Cercopithecus brasilianus* 3, Sagouin. *Chuf. exot.* 372. t. 372. *Raj. quadr.* 154. 160.

*Cagui minor. Marcgr. bras.* 227. *Pet. gaz.* 26. t. f. 5.

*Klein. dub.* 11. t. 1.

*Habitat in America.*

Cauda *denso vellere annulata*. Aures *villosi, extus albi*. *Superba, injuriarum impatiens, altissime clamat, delicatula*.

- Oedipus. 13. S. caudata imberbis, capillo dependente.  
 Cercopithecus minimus mexicanus, capilliceo niveo.  
*Edv. av. 195. t. 195.*  
*Habitat in America.*  
 Corpus *parvum, subtus album*. Capillitium *dependens, humano simile*. Cauda *longa, nigra, introrsum aurantia*.
- Æthiops. 14. S. caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.  
 Simia æthiops. *Haffelqv. iter. 190.*  
*Habitat in Æthiopia. Haffelquist.*  
 Corpus *statura Dianæ, fuscum, subtus album*. Cauda *tecta, subtus ferruginea*. Supercilia f. lunula *alba transversa*. Palpebra *superior nuda, alba*. Aures *acutiusculæ*.
- Midas. 15. S. caudata imberbis, labio superiore fisso, auribus quadratis nudis.  
 Cercopithecus niger minimus, manibus & pedibus croceis. *Edv. av. 196. t. 196.*  
 Cay. *Raj. quadr. 155.*  
*Habitat in America.*  
*Manus & Pedes lutei aut rubri*. Corpus *atrum*, Cauda *longissima*. Aures *nudæ, amplæ, retusæ*. Ungues *omnes subulati f. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis f. humanis*.
- Cyna- 16. S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, clunibus molgos. tuberosis. *Syst. nat. 3.*  
 Simia *ægyptiaca* cauda elongata, clunibus tuberosis nudis.  
*Haffelqv. iter. 189.*  
 Cercopithecus angolensis major. *Marcgr. bras. 227. Raj. quadr. 155.*  
*Habitat in Africa.*  
 Color *lupi ex fusco viridi-flavescens*. Statura *ursi*. Nates *calvæ*. Cauda *arcuata*. Abdomen *albicans*.  
*Noctu vigilias instituit.*
- Apella. 17. S. caudata imberbis, cauda subprehenfili, corpore fusco, pedibus nigris. *Muf. Ad. Fr. 1. t. 1.*

*Habi-*

*Habitat in America.*

*Undique circumspiciens, Sono pulli Meleagridis famelici.*

Morta. 18. S. caudata imberbis, ore fusco, corpore spadiceo, cauda nuda subscquamosa.

*Cercopithecus americanus minor* Monkie dictus. *Seb. mus. 1. p. 52. t. 33. f. 1.*

*Habitat in America.*

Capucina. 19. S. caudata imberbis, cauda longa hirsuta, facie flavescente. *Mus. Ad. Fr. 2. t. 2.*

*Habitat . . .*

*Clamore horrendo hostes pellit; stridet sæpius uti Cicada; irata latrat more catuli.*

Sciurea. 20. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum oblongis. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 3.*

*Habitat in India.*

*Corpus Sciuri, griseo-virens, subtus pallidum. Ulnæ & Tibiæ ferruginæ. Cauda villosa, corpore duplo longior. Pollicum ungues rotundati.*

Syrichtha. 21. S. caudata imberbis, ore ciliisque vibriffatis. *Syst. nat. 3.*

*Cercopithecus luzonicus minimus. Pet. gaz. 21. t. 13. t. 11.*

*Habitat in Luzonum insulis.*

3. LEMUR. *Dentes Primores superiores IV: intermediis remotis.*

*Inferiores VI, longiores, porrecti, compressi, paralleli, approximati.*

*Laniarii solitarii, approximati.*

*Molares plures, sublobati: anticilongiores acutiores.*

tardigradus. 1. L. ecaudatus. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 3.*

*Simia ecaudata, unguibus indicis subulatis. Syst. nat. 5. n. 2.*

Ani-

---

*Species Simiarum inter Mammalia plurimæ, sed paucissimæ rite descriptæ & cognitæ, plurimæ obscuræ ignorantur.*

*Simiæ suspectæ, memores, petulantes, imitatores, gesticulatores, indociles, minantur, rident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, natos ulnis gerunt, menstruant, terrefactæ cacant immundæ, urina meatu sæpe distincto a vulva lingulares.*

Animal cynocephalum tardigradum. *Seb. muf.* I. p. 55. t. 35. f. 1. 2. & t. 47. f. 1.

Animal elegantissimum robinsoni. *Raj. quadr.* 161. *Habitat in Zeylona.*

*Statura Sciuri, subferruginea, linea dorsali subfusca; Gula albidiore. Linea longitudinalis oculis interjecta alba. Facies testæ. Auriculæ urceolatæ, intus bifoliatæ. Pedum palmæ plantæque nudæ. Ungues rotundati: indicum plantarum vero subulati. Cauda fere nulla. Mammæ 2 in pectore; 2 in abdomine versus pectus.*

*Animal tardigradum, auditu excellens, monogamum.*

Catta. 2. L. cauda annulata.

*Simia-Sciurus madagascariensis, five Maucauco. Edw. av.* 199. t. 199.

*Habitat in Madagafcar.*

*Statura Felis, subcinerea. Oculorum regiones nigræ. Caput acuminatum. Aures testæ. Cauda longa, picta annulis atris cinereisque. Ungues subulati: pollicibus plantarum rotundiores; scandit ut Simia, sed tardiufcule. Habitu accedit ad Genettam auctorum.*

volans. 3. L. caudatus, membrana ambiente volitans. †.

*Cato-Simius volans camelli. Pet. gaz.* 14. t. 9. f. 8. *Acl. angl.* 277. n. 1065.

*Vespertilio admirabilis. Bont. jav.* 68. t. 69.

*Felis volans ternatea. Seb. muf.* I. p. 93. t. 58. f. 2. 3. *Habitat in Asia.*

*Membrana more Sciuri volantis f. Muris volantis a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem caudæ expansa. Ungues acuti. Mammæ duæ pectorales. Edit fructus arborum. Ex mammis videtur Lemuribus f. Simiis proximum Animalculum, sed nobis non visum; ulterius examinent autoptæ.*



4. VESPERTILIO. *Dentes* erecti, acuti, approximati: primores 4 æquales.  
*Manus* palmatæ, volitantes membrana corpus cingente.
- Vampyrus. 1. *V. ecaudatus*, naso simplici, membrana inter femora divisa.  
 Vespertilio cauda nulla. *Syst. nat.* 7.  
*Canis volans ternatanus orientalis.* *Seb. musf.* 1. p. 91. t. 57. f. 1. 2.  
*Vespertilio ingens.* *Clus. exot.* 94. *Edv. av.* 180. t. 180. f. 2. 4.  
*Habitat in Asia.*  
*Noctu haurit sanguinem dormientium, cristas Gallorum & lacrymas palmarum.*
- Spe- 2. *V. ecaudatus*, naso infundibuliformi lanceolato.  
 ctrum. *Canis volans maxima aurita.* *Seb. musf.* 1. p. 92. t. 58. f. 1.  
*Habitat in America australi.* *Rolander.*  
*Nares extus infundibulum referentes, superne adscendentes in folium lanceolatum. Aures ovatæ, interius lacinia subulata membranacea, longitudine Auriculæ. Dentes Primores 4. Laniarii folitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breviores, obtusiores. Alarum digiti 4, quorum 1. annexus 2:do; Pollex brevis ungue arcuato. Pedes digitis 5 æqualibus, unguibus arcuatis. Calcaneus exferit tendinem subulatum secundum marginem membranæ inter pedes posticos, non cocuntem cum opposito. Cauda nulla.*
- perspicil- 3. *V. ecaudatus*, naso foliato plano acuminato. *Syst. nat.*  
 latus. 7. *Musf. Ad. Fr.* 1. p. 7.  
*Vespertilio americanus vulgaris.* *Seb. musf.* 1. p. 90. t. 55. f. 2. *Edv. av.* 201. t. 201. f. 1.  
*Vespertilio rostro appendice auriculæ forma donato.* *Sloan. jam.* 2. p. 330.  
*Habitat in America.*  
*An hæc femina sequentis?*

4. V.

*Vespertilionum* genus nocturnum volitat Palmis expansis palmatis membranaque laterali; Phalænis imprimis vicatans.

- Spafina. 4. *V. caudatus*, nafo foliato obcordato. *Syst. nat.* 7.  
*Glis volans ternatanus.* *Seb. musf.* 1. p. 90. t. 56. f. 1.  
*Habitat in Asia.*
- leporinus. 5. *V. caudatus*, labio superiore bifido. *Syst. nat.* 7.<sup>+</sup> *Musf.*  
*Ad. Fr.* 1. p. 7.<sup>+</sup>  
*Vespertilio, cato fimilis, americanus.* *Seb. musf.* 1. p. 89.  
 t. 55. f. 1.  
*Habitat in America.*
- auritus. 6. *V. caudatus*, nafo oreque simplici, auriculis duplicatis  
 capite majoribus.  
*Vespertilio auribus majoribus.* *Frisch. av.* t. 103. *Edv.*  
*av.* t. 201. f. 3. *Olear. musf.* t. 15. f. 1.  
*Habitat in Europa.*  
*Distincta species auriculis, nisi solo sexu a frequenti a-*  
*liena?*
- murinus. 7. *V. caudatus*, nafo oreque simplici, auriculis capite mi-  
 noribus. *Faun. fvec.* 18. *Syst. nat.* 7.  
*Vespertilio.* *Bell. av.* 147. *Gefn. av.* 694. *Aldr. ornith.*  
 1. p. 571. *Jonst. av.* 53. t. 20. *Alb. av.* 3. p. 95.  
 t. 101. *Raj. quadr.* 243. *Edv. av.* t. 201. f. 2.  
*Vespertilio auribus minoribus.* *Frisch. av.* t. 102.  
*Habitat in Europa.*  
*Noctu volat, vicitat imprimis Phalænis, capitur Arctii*  
*Lappæ calycibus, hybernat, de terra non evolat; ve-*  
*nenatus.*  
*Anatome.* *E. N. C. d.* 2. a. 1. *obf.* 48.

## II. BRU-

## II. BRUTA.

*Dentes Primores nulli utrinque.*

5. ELEPHAS. *Dentes Primores nulli.*  
*Laniarii superiores elongati.*  
*Proboscis longissima, prehensilis.*  
*Corpus nudiusculum.*

maximus. I. ELEPHAS. *Raj. quadr. 123. Syst. nat. 11. Seb. mus. 1. t. 111. f. 1.*

*Elephantus. Gcfu. quadr. 377. Aldr. quadr. l. 1. c. 9. Jousf. quadr. 30. t. 78. f. 9.*

*Habitat in Zeylonæ paludosis ad Amnes, edit Ramos, Cocos, Guilandinæ femina, Frumentum.*

*Maximum quadrupes. Oculi parvi. Dentes Laniarii superiores exserti (Ebur). Aures amplissimæ, pendulæ, dentatæ; æt. angl. 277. p. 1051. Cutis crassissima, callosa. Mammæ 2 juxta pectus. Ungues in apicibus loborum pedum. Genua flexilia. Collum breve.*

*Proboscis longissima, extensilis, acute odorans, loco manus ipsi inserviens; ea cibum potumque haurit, hostemque pellit; ea præcisa occiditur; murem metuit sub somno ob trachæa infertionem. Retro coit & mingit. Portat domos, rectore collo insidente; in bello armatur falcibus; vulnufculo inter axin & atlantem furiosus occiditur; cæterum prudens, docilis.*

C

6. TRI-

---

*Paxwax, Ligamentum album, ad Caput elevandum & Collum sustinendum, commune est quadrupedibus; at deest Homini & Simiis, cum crecti plerumque sedcant & incedant, nec eo indigant. Rajus.*

6. TRICHECHUS. *Dentes Primores* nulli.  
*Laniarii* superiores foliarii.  
*Molares* ex osse rugoso utrinque inferiorius duo.  
*Labia* geminata.  
*Pedes* posteriores coadunati in pinnam.

Manatus. 1. TRICHECUS. *Art. gen.* 79. *syn.* 107. *Syst. nat.* 37.  
 Manatus. *Rond. pisc.* 490. *Gefn. pisc.* 213. *Hern. mex.* 323.  
 Manati. *Cluf. exot.* 133. *Aldr. pisc.* 728.  
 Manati. S. Vacca marina. *Raj. quadr.* 193.  
*Habitat in Mari Americano.*  
*Labium superius muricatum Vibriffis rigidis, incurvis.*  
*Pili corporis remoti, breves. Pedes antici abbreviati, palmati, unguiculati; postici coadunati. Mammæ 2. pectorales.*  
*Edit vegetabilia; mansuescit; musica delectatur. Caro esculenta.*

7. BRADYPUS. *Dentes Laniarii* obtusiusculi remotissimi.  
*Molares* utrinque obtusi.  
*Corpus* pilis tectum.

tridactylus. 1. B. manibus tridactylis, cauda brevi. *Syst. nat.* 6. p. 3.  
*Amœn. acad.* 1. p. 487.\* *Muf. Ad. Fr.* 4.  
 Arctopithæcus. *Gefn. quadr.* 869. t. 870.  
 Ai f. Ignavus. *Marcgr. bras.* 221. *Cluf. exot.* 110. t. 373. *Seb. muf.* 1. p. 53. t. 33. f. 2. *Olear muf.* 7. t. 6. f. 2.  
*Habitat in Americæ meridionalis arboribus; Victitat foliis teneris; non bibit; imbres metuit.*  
*Gula flava. Auriculæ nullæ. Cauda subovata. Digniti combinati. Ungues palmarum 3; plantarum 3. Mammæ 2 pectorales. Corpus valde pilosum, vitæ tenax.*

*Facile scandit, tardissime & vix incedit, attonitus quasi caput flecit; sonus fenarius adscendens; clamor horrendus, lacrimæ miseræ.*

- didactyl- 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Syfl. nat.* 3. *Muf.*  
 lus. *Ad. Fr.* 4.  
*Tardigradus ceilanicus. Seb. muf. l. p. 54. t. 34. f. 1.*  
*& t. 33. f. 4.*  
*Habitat in Zeylona.*  
*Corpus pilis ferrugineis undulatis. Caput rotundatum.*  
*Auriculæ magnæ. Ungues in palmis 2, in plantis 3.*  
*Mammæ 2 pectorales.*

8. MYRMECOPHAGA. *Dentes nulli.*  
*Lingua teres, extensilis.*  
*Corpus pilis tectum.*

- didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. *Syfl. nat.* 8.  
*Muf. Ad. Fr. 8.\**  
*Tamandua S. Coati americana alba. Seb. muf. 1. p.*  
*60. t. 37. f. 3.*  
*Habitat in America australi.*

- tridactyl- 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. *Syfl. nat.* 8.  
 la. *Tamandua-guacu Marcgr. bras. 225. Seb. muf. 1. p. 60.*  
*t. 37. f. 2. & t. 40. f. 1. Raj. quadr. 241.*  
*Habitat in America meridionali.*  
*Vicitat Formicis, insectis, quorum nidos ungue fecat.*  
*Macula nigra a pectore versus latus ducta. Mammæ*  
*Pectorales 2, Abdominales 6; lente currit. cauda lata*  
*instar muscarii se tegit, arbores ctiam scandit.*

- tetrada- 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syfl.*  
 ctyla. *nat.* 8.  
*Tamandua 1. Marcgr. bras. 226. Raj. quadr. 242. Seb.*  
*muf. 2. t. 47. f. 2.*  
*Habitat in America meridionali.*  
*Noctu exit; die dormit capite sub brachiis recondito;*  
*irata baculumprehendit, stertit, posterioribus pedibus*  
*insidens. Caudæ extremitas calva, qua se ex ramis*  
*arborum suspendere potest, quod non in præcedenti.*

9. MANIS. *Dentes* nulli.  
*Lingua* teres, extensilis.  
*Corpus* squamis tectum.

pentada-1. M. pedibus pentadactylis. *Syst. nat.* 8. *Act. Stockh.* 1749.  
 Ctyla. *p.* 265. *t.* 6. *f.* 3.

*Armadillus squamatus major ceylanicus.* *Seb. musf.* 1.  
*p.* 88. *t.* 54. *f.* 1. & *t.* 53. *f.* 5. *Aldr. quadr.* 667.

*Lacertus squamofus.* *Cluf. exot.* 374. *Bont. jav.* 60.  
*Olear. musf.* 8. *t.* 7. *f.* 1. *Pct. gaz.* 32. *t.* 20. *f.* 1.  
 2. *Raj. quadr.* 274.

*Myrmecophagus squamatus f. Dæmon thebaicus.* *Herm. musf.* 295.

*Habitat in India orientali. Viçitat Formicis, Vermibus, Lacertis.*

*Corpus supra squamis basi striatis fetisque interstinctis vestitum ut strobilus; subtus hirtum est. Sed Cauda utrinque squamosa, etiam subtus imbricata.*

*Auriculæ nudæ rotundatæ. Ungues primores mediî majores, quibus contractis incedit.*

*Myrmecophagis affinis. Irata squamas erigit horrida. Cauda pinguis in epulis expetita.*

## III. FERÆ.

*Dentes Primores superiores sex, acutiusculi. Canini solitarii.*

10. PHOCA. *Dentes Primores superiores VI paralleli: exteriores majores. Inferiores IV, paralleli, distincti, æquales, obtusiusculi.*

*Laniarii I: superiores ab incisoribus, inferiores a molaribus remoti.*

*Molares V f. VI, tricuspidati.*

*Auriculæ nullæ.*

*Pedes postici coaliti.*

Ursina. 1. P. capite auriculato.

*Urfus marinus. Act. petropol. 2. ann. 1749.*

*Habitat in Camtschatcæ maritimis inter Asiam & Americam proximam, primario in insula Beringii.*

*Impetuosissime natant, mares polygami gregatim degunt cum uxoribus, filiis, filiabus ad 120; cocunt in littore resupinata femina, vix metuunt hominem, mordent projectum lapidem, fenes clumbes quiescunt pingues, proprium lapidem pro lecto habent, quem non deserunt; bella instituunt propter uxores, lectum, æquum & justum; succumbente uno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo contra unum, usque dum omnes prælio involuti: mæsti lacrymas fundunt copiosissimas. Steller.*

Leonina. 2. P. capite antice cristato.

*Leo marinus. Anfon. itin. 100. t. 100.*

*Habitat ad polum Antarcticum.*

Mas labio superiore cristato. Dentes 2 fere exfertis in maxilla inferiore.

Natant gregatim, pugnant pro feminis, excubias agunt.

Rosmarus. 3. P. dentibus laniariis superioribus exfertis. *Syst. nat.* 6. n. 8.

Rosmarus. *Olear. mus.* 38. t. 23. f. 3. *Jonst. pisc.* t. 44. *Worm. mus.* 289. *Bonan. mus.* 269. f. 27.

Mors f. Morfz, Rosmarus. *Gefn. aqu.* 211.

Wall-Roff. *Martens. spitsb.* 78. t. 1. P. f. B.

Equus marinus f. Hippopothamus falso dictus. *Raj. quadr.* 191.

Habitat intra Zonam arcticam Europæ, Asiæ, Americæ.

Vitulina. 4. P. dentibus laniariis tectis. *Syst. nat.* 6. n. 1.

Phoca f. Vitulus marinus. *Gefn. aqu.* 702. *Aldr. pisc.* 722. *Jonst. pisc.* 44. *Dodart. acq.* 191. t. 191. *Raj. quadr.* 189.

Habitat in mari Europæo.

Dormiunt in lapide ex aqua eminente, pariunt in glacie, per quam adscendunt halitu, non descendunt. Mammas retrahunt duas abdominis; inter Halæcum catervos faginantur, a Laris provocatæ exspuunt pisces.

Anatome. *E. N. C. d.* 1. a. 9. *obj.* 98. & *d.* 3. a. 7. *app.* 15.

11. CANIS. Dentes Primores superiores VI: laterales longiores distantes: intermedii lobati.

Inferiores VI: laterales lobati.

Laniarii solitarii, incurvati.

Molares VI f. VII (pluresve quam in reliquis.)

familiaris. 1. C. cauda (sinistrorsum) recurvata. *Faun. fœc.* 12. *Syst. nat.* 5. *Diff. Canis* 1. t. 1.

Canis. *Gefn. quadr.* 91. *Aldr. digit.* 482. *Jonst. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.



- domestic.* α. auriculis erectis, cauda subtus lanata.  
*fagax.* β. auriculis pendulis, digito spurio ad tibias posticas.  
*grajus.* γ. magnitudine lupi, trunco curvato, rostro attenuato. *Canis scoticus venaticus.* *Gefn. quadr.* 249. *Aldr.* 545.  
*Moloffus.* δ. magnitudine lupi, labiis ad latera pendulis, corpore toroso. *Canis fagax sanguinarius.* *Gefn. quadr.* 251.  
*aquaticus.* ε. pilo crispo longo, instar ovis.  
*meliticus.* ζ. magnitudine Sciuri.  
*fricator.* η. naso refimo, auribus pendulis, corpore quadrato.  
*vertagus.* θ. pedibus curvatis, trunco longo sæpius variegato.  
*avicular.* ι. cauda truncata. *Canis pantherinus.* *Aldr. digit.* 555.  
*extrarius.* κ. auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit.* 561.  
*ægyptius.* λ. nudus absque pilis.

*Habitat sæpius cum homine passim, etiam spontaneus coæst.*

Caput vertice carinatum. Labium inferius lateribus dentatis nudis occultatum. Mystaces ordinibus 5. f. 6. Nares extrorsum recurvato sinu lunares. Auriculæ margine bascos superiore reflexo; posteriore duplicato; antico trilobo. Verrucæ faciei pilosæ 7. Suturae velleris 8: collares, sternea, cubitales, abdominales, oculares, lumbaræ, auriculares, anales. Mammæ 10: harum quatuor in pectore. Pedes subpalmati.

*Edit carnes, vegetabilia farinosa, non olera. Digerit ossa: Vomitu a gramine purgatur, cacat supra lapidem: Album græcum, septicum summum. Potat lambendo, mingit ad latus, cum hospite sæpe centies, odorat animum alterius, odoratu excellit naso humido. Levissime incedit supra digitos, vix sudat, calidus linguam exferit, cubitum iturus circumit locum, dormit auditu acutiore, somniat. Procis rixantibus crudelis, catullit cum variis, mordet illa illos, cohæret copula junctus; gravida 63 diebus, parit sæpe 4 ad 8, masculis patri similibus, femineis matri. Fidissimus omnium, docilis, odit ignotos, mordet projectum lapidem, ad muscam ululat. Latrat in peregrinos, excepto cane Americæ australis; a Mahometanis rejectus.*

- Lupus. 2. C. cauda incurvata. *Faun. suec.* 13. *Syst. nat.* 5.  
 Lupus. *Gefn. quadr.* 634. *Aldr. dig.* 144. *Jonst. quadr.* 89. *Raj. quadr.* 173.  
*Habitat in Europæ sylvis, etiam frigidioribus.*

*Cateruatim incedit, Pecora, Equos, Sues occidit, rarius hominem; in fylvis suspiciocissimus vix audet; tractum funiculum metuit. Oculi noctu lucent.*

Anatome. *E. N. C. d. 2. a. 9. obs. 71. ♂ cent. 10. app. 450.*

Hyæna. 3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erectis, auriculis nudis. *Syst. nat. 5.*

Lupus marinus. *Bellon. aquat. 33. t. 34. Jonst. quadr. t. 57. Gesn. quadr. 674.*

Taxus porcinus f. Hyæna veterum. *Kæmph. amæn. 411. t. 407. f. 4.*

*Habitat in India.*

*Magnitudo Suis, Pili dorſi ſubſpithamæi, erecti, apicibus nigris. Oculi roſtro propinquoſiores. Auriculæ nudæ. Cauda annulis nigricantibus verticillata; crura annulis nigris variegata. Striæ corporis ſuſcæ & nigræ, tranſverſales, a dorſo ad ventrem ductæ.*

*Excavat terram degitque in antris, diutius ſine cibo vivit, in humana cadavera ſævit, quæ e tumulis effodit, cæmiteriis inſeſta.*

Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. *Syst. nat. 5.*

Vulpes. *Gesn. quadr. 966. Aldr. dig. 195. Jonst. quadr. 82. Raj. quadr. 177.*

*Habitat in Europa, Aſia, Africa, antra fodiens.*

*Corpus flavo ruſcens. Aures recti. Maxillæ albæ. Pedes antice nigreſcentes.*

*Degit in antris, quæ fodit animal aſlutiffimum; ſævit in Agnos, Anſercs, Gallinas, Aviculas, non Accipitres fœtidioresque; colligit ſtercora animalium. Fragrat ambroſiaco odore ſupra baſin caudæ.*

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. *Syst. nat. 5.*

Vulpes campeſtris vulgo.

*Habitat in Europa, Aſia.*

Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. *Syst. nat. 5.*

α. Vulpes alba. *Kalm. bahuf. 236.*

β. Vulpes cæruleſcens. *Faun. Suec. 14.*

*Habitat in alpibus Lapponicis, Sibiria.*

*Pedes denſiffime piloſi ut in Lepore.*

aureus. 7. C. *Lupus aurcus dictus. †.*

Lupus aureus. *Kæmpf. amæn. 413. t. 407. f. 3. Raj. quadr. 174.*

Vul-

Vulpes indiae orientalis. *Valent. mus.* 452. *t.* 452.  
*Adill. Bell. itin.* 160.

*Habitat in oriente.*

*Nitide flavus, cætervatim incedit, furto deditus; uno clamante clamant remoti alii, ambulante fono nocturno; ululatus execrabilis, quasi ejulatus latratu interceptus. Descriptio vera animalis etiamnum deficit.*

12. FELIS. *Dentes Primores* æquales.

*Molares terni.*

*Lingua retrorsum aculeata.*

*Ungues retractiles.*

- Leo. 1. F. cauda elongata, corpore helvulo.  
 Felis cauda elongata floccosa, thorace jubato. *Syst. nat.* 6. *p.* 4. *n.* 1.  
 Leo. *Gefn. quadr.* 572. *Aldr. dig.* 2. *Jonst. quadr.* 72.  
*Dodart. aët.* 1. *t.* 1. & 7. *t.* 7. *Raj. quadr.* 162.  
*Habitat in Africa.*  
 Color luteo-rufus. Fons quadrata. Cor maximum. Maris Thorax hirsutus Caudaque floccosa.  
*Segnis, efuriens prædatur de Equis et majoribus quadrupedibus, nec nisi famelicus homine; fugatur accensa flamma; canibus coerctetur. Retro mingit & coit? Rugitus horrendus a tracheæ annulis integris imbricatis.*  
 Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obf.* 6. *Barth. aët.* 1671. *n.* 17.

- Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis.  
*Syst. nat.* 4. *n.* 2.  
 Tigris. *Gefn. quadr.* 936. *Aldr. dig.* 101. *Jonst. quadr.* 84. *Bont. jav.* 52. *t.* 53. *Raj. quadr.* 165.  
*Habitat in Asia.*  
 Magnitudo Leonis. Maculae virgatæ, transversæ. Pulcherrimum animal tremendæ velocitatis, homini pessimus, desolat indos; Mas occidit proprios filios.  
 Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obf.* 7. & *a.* 9. *obf.* 194.

- Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis superioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. *Syst. nat.* 4. *n.* 3.  
 Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. *Gefn. quadr.* 824.

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. ægypt.* 237. t. 15. f. 2.  
 Pardalis. *Raj. quadr.* 166.  
 Tigris mexicana. *Hern. mex.* 498. t. 498.  
 Pinum Dafypus. *Nieremb. nat.* 153. t. 153.  
*Habitat in Indiis.*

Onca. 4. F. cauda elongata, corpore flavescente maculis nigris rotundato angulatis medio flavis.  
 Pardus f. Lynx brasiliensis. *Raj. quadr.* 168.  
 Jaguará. *Marcgr. bras.* 235.  
*Habitat in America meridionali.*

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis superioribus virgatis; inferioribus orbiculatis. *Syst. nat.* 4. n. 4.  
 Cato-Pardus mexicanus. *Hern. mex.* 512. t. 512.  
 Catus Pardus f. Catus americanorum. *Raj. quadr.* 169.  
*Habitat in America.*

Magnitudo *Melis supra fuscus, subtus albicans; Lineæ punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter sparfa, sed pedes & abdomen tantum punctis; Latera lineis latioribus albis & fuscis pinguntur. Aures breves, margine bifidæ absque penicillis. Pedes 5-4. Cauda verticillato-variegata proportione Cati. Mystaces 4 ordinum: in singulo ordine setæ 3. f. 5, albæ basi nigræ, longitudine capitis.*

Catus. 6. F. cauda elongata, corpore fasciis nigricantibus; dorsalibus longitudinalibus tribus; lateralibus spiralibus.  
 Felis cauda elongata, auribus æqualibus. *Faun. succ.* 3.  
*Syst. nat.* 4. n. 6.  
 Felis vulgo Catus. *Gesn. quadr.* 98. *Aldr. quadr.* 565.  
*Raj. quadr.* 98.  
 Felis. *Aldr. dig.* 564. *Jonst. quadr.* 180. t. 72..  
*Habitat in Europæ australis fylvis.*

*Moribus congenerum, tranquilla, ore molat, caudam erigit; excitata agilissima, scandit, irata fremit odore ambrosiaco, Murum Leo, in prædam intenta caudam movet, oculi noctu lucent, inhiando prædam haurit, clamando rixandoque misere amat. Pupilla interdum perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus complicatis incedit, parce bibit, urina corrosiva, stercus sepelit, carnes edit vegetabiliaque respuit, os instante tempestate manu lavat, dorsum in tenebris electrificat: in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.*

- Lynx. 7. F. cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis. Felis cauda truncata, colore rufefcente maculato. *Faun. suec.* 4. *Syst. nat.* 4. n. 7. *It. Wgoth.* 222.  
Lynx cervarius. *Gefn. quadr.* 677. *Tourn. it.* 2. p. 185.  
Lynx. *Aldr. dig.* 90. *Jonst. quadr.* 82. t. 31. *Raj. quadr.* 166.

*Habitat in Europæ fylvis & desertis.*

Cauda femoribus paulo brevior apice atra. Palpebra inferior albicans, ut & superior versus canthum majorem. Macula linearis fusca pone oculos. Auricularum apices nigri. Palpebræ albæ.

13. VIVERRA. *Dentes Primores VI: intermediis brevioribus.*  
*Molares plures quam tres.*  
*Lingua retrorsum aculeata.*  
*Ungues exferti.*

- Ichneu- 1. V. cauda e basi incrassata sensim attenuata.  
mon. Meles digitis mediis longioribus: lateralibus æqualibus, unguibus subuniformibus. *Haffelqv. itin.* 191.  
Meles unguibus uniformibus, leucophæa. *Syst. nat.* 6.  
Mus pharaonis. *Alpin. ægypt.* 14. t. 3.  
Ichneumon. *Bellon. itin.* 96. *pisc.* 44. *Gefn. quadr.* 568. *Aldr. quadr.* 300. t. 301.  
β. Mustela glauca. *Syst. nat.* 5. *Amæn. acad.* 2. p. 109.  
Mustella f. Viverra indis Mangutia. *Kæmpf. amæn.* 574. t. 567.  
Quil f. Quirpele. *Garc. arom.* 163.  
Serpenticida f. Muncos. *Rumpf. herb.* 7. p. 69. t. 28. f. 2. 3.  
Ichneumon indicus. *Edv. av.* 199. t. 199.  
Ichneumon f. Vulpecula zeilanica. *Sch. mus.* 1. p. 66. t. 41. f. 1.  
*Habitat in Ægypto ad ripas Nili, & in India primario; mansuefcit.*  
Frons plana. Labium superius prominens. Auriculæ rotundatæ. Mystaces simplici serie in omnibus labiis lateralibus ad marginem. Lingua scabra. Pollex a reliquis distinctus. Cauda basi crassa, sensim attenuata, longitudine corporis. Folliculus ante aperturam ani,

sub

*sub æstu apertus. Pili albido & griseo nigrescente verticillati. Magnitudo Cati; calcaneis incedit. Victitat muribus, avibus, ovis, amphibiiis, herbis; ova Crocodili effodit & haurit; Serpantum hostis.*

Memphi-2. V. cauda fusca luteo-annulata, corpore spadiceo sub-  
tis. tus flavescente.

Ysquepatl. *Hern. mex.* 332. *Seb. mus.* 1. p. 68. t. 42. f. 1. *Raj. quadr.* 181.

*Habitat in America.*

Magnitudo *Martis*. Color *supra albus, subtus ex albo & nigro variegatus. Pedes talis incedentes. Ungues 5-5: anteriores compressi, longi; posteriores breviores, subtus excavati. Dentes Primores superiores in meo nulli; Primores inferiores 6, æquales, quorum 2 interiores; Laniarii supra & infra utrinque approximati. Irritata fundit cum ventris crepitu halitum foetidissimum, ut nihil cum eo comparari queat.*

Putorius. 3. V. fusca lineis quatuor albidis dorsalibus parallelis.

Putorius americanus striatus. *Catesb. carol.* 2. p. 62. t. 62.

Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm. itin.* 2. p. 378.

*Habitat in America septentrionali.*

Cauda longitudine corporis, villosa.

*Irritata ut antecedens halitum explodit, quo nihil foetidius.*

Zibetha. 4. V. cauda annulata, dorso cinereo nigroque undatim striato.

*Civetta Cluf. cur.* 57.

Animal Zibethicum. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155.

*Hern. mex.* 538. 580. 581. *Olear. mus.* 7. t. 6. f. 3.

Hyæna veteribus, nunc Civetta. *Bellon. itin.* 94.

*Habitat in Indiis.*

Corpus oblongum. Rostrum obtusum. Dentes *Primores superiores 6, paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paulo breviores: alternis interioribus. Laniarii solitarii, utrinque distantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectæ, brevæ. Corporis pili secundum dorsum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiusculi. Pedes subtus nudi. Ungues 5-5, canini. Cauda felis annulata.*

*Utriculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque sexu.*

*Anatome. Barth. cent.* 4. n. 1. & cent. 5. n. 49.

Genetta. 5. V. cauda annulata, corpore fulvo-nigricante maculato. †  
Genetta f. Ginetta. *Raj. quadr.* 201. *Bell. itin.* 76. *Gefn.*  
*quadr.* 550.

*Habitat in Oriente juxta rivos.*

Caudæ annuli 8 nigri; totidemque albicantes. Corpus  
*crocco-nigricans, bene olens, maculis nigris ordine*  
*dispositis; mihi generis obscuri.*

14. MUSTELA. *Dentes Primores superiores* VI, ere-  
cti, acutiores, distincti.  
*Inferiores* VI obtusio-  
res conferti: duo in-  
teriores.

*Lingua lævis.*

Lutris. 1. M. plantis palmatis pilosis, cauda corpore quadruplo  
breviore.

*Lutra marina. Aët. petropol.* 1749. p. 267.

*Lutra brasiliensis. Raj. quadr.* 187.

*Habitat in Asia & America septentrionali.*

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio bre-  
vior.

*Lutra digitis æqualibus. Faun. succ.* 10.

*Lutra. Bell. aquat.* 31. t. 32. *Gefn. aquat.* 515. *Aldr.*  
*quadr.* 294. *Dodart. aët.* 147. t. 147. *Raj. quadr.* 187.

*Habitat in Europæ aquis dulcibus, fluviis, stagnis,*  
*piscinis.*

*Vivitat piscibus, ranis, cancris.*

*Anatome E. N. C. d.* 1. a. 3. *obf.* 195 & d. 2. a. 10.  
*obf.* 112. & *cent.* 10. *app.* 468.

Gulo. 3. M. plantis fissis corpore rufo-fusco medio dorfi nigro.

*Faun. succ.* 6. *Syst. nat.* 5. n. 1.

*Gulo. Ol. Magn. Scheff. lapp.* 339. *Racz. polon.* 339.  
*Habitat in alpibus Lapponiæ, Russiæ, Sibiriae sylvis va-*  
*stissimis.*

*Vivitat leporibus, avibus, Rangiferis, cadaveribus, ad-*  
*mittit vulpem: voracior urso; fetidus; Pellis præstan-*  
*tissima, pretiosissima.*

*Anatome. Barth. cent.* 4. *obf.* 30.

- barbara. 4. *M. atra*, collo fubtus macula alba triloba.  
*Habitat in Brasilia. Ac. Holmenf.*  
 Confer. *Brown. jam.* 485. t. 49. f. 1. *Galera?*  
*Statura Martis at nigra pilis rigidioribus; auriculæ ro-*  
*tundæ, villosæ. Area ante oculos cinerascens. Macu-*  
*læ sub medio collo, non vero sub gula. Mammæ po-*  
*ne umbilicum 4.*
- Martes. 5. *M. plantis fissis*, corpore fulvo nigricante, gula pallida.  
*Mustela fulvo-nigricans, gula pallida. Faun. Succ. 7.*  
*Syst. nat. 5. n. 2.*  
 Martes. *Gefn. quadr.* 151. *Jonst. quadr. t. 64. Raj.*  
*quadr. 200.*  
*Habitat in fylvis antiquis.*  
*Vicinitat Sciuris, Muribus, Avibus.*
- Putorius. 6. *M. plantis fissis*, corpore flavo nigricante, ore auricu-  
 lisque albis.  
*Mustela flavescente nigricans, ore albo, collari flavo.*  
*Faun. succ. 8. Syst. nat. 5. n. 3.*  
 Putorius. *Gefn. quadr.* 767. *Aldr. ungv. 330. Jonst.*  
*quadr. t. 64. Raj. quadr. 199.*  
*Habitat inter Europæ rupes & lapidum acervos.*  
*Noctu prædatur Cuniculos, Gallinas, Aviculas, Ova ra-*  
*pit; ano halitu foetidissima.*
- Furo. 7. *M. plantis fissis*, oculis rubicundis. †  
*Mustela sylvestris Viverra dicta. Raj. quadr. 199.*  
*Habitat in Africa.*  
*Putorio minor; Auriculæ arreclæ patulæ breves; Oculi*  
*rubicundi. Raj.*
- Zibellina. 8. *M. plantis fissis*, corpore obscure fulvo, fronte exal-  
 bida, gutture cinereo. †  
*Mustela Sibellina. Raj. quadr. 201.*  
*Habitat in Asia septentrionali.*  
*Color fulvo-obscurus gutture cinereo; anterior pars ca-*  
*pitis & auriculæ exalbido-cinereæ. Raj. Vibrissæ ad*  
*supercilia, nares, os longissimæ.*
- Erminea. 9. *M. plantis fissis*, caudæ apice atro.  
*Mustela vulgaris. Gefn. quadr. 149. Aldr. ungv. 307.*  
*Jonst. quadr. t. 74. Raj. quadr. 195.*

3 Mu-

---

*Mustelæ genus corpore elongato pedibusque brevibus est, currit trunco incurvato, scan-*  
*dit arbores, salit ex arbore in arborem.*



- β. *Mustela candida* f. *Ermineum*. *Raj. quadr.* 198.  
*Mustela alpina candida*. *Vagn. helvet.* 180.  
*Habitat in Europa & Asia frigidiore; hyeme præsertim  
 in alpinis regionibus nivea.*  
*Confer. Mustela javanica. Seb. musf. 1. p. 77. t. 48. f. 4.*  
*Cauda dimidia extrorsum nigra; corpus hyeme album,  
 æstate rufum excepto abdomine, pectore, gula. Pellis  
 pretiosa hodie feminis nostratibus.*  
*Edit Pisces, carnes, Mures, ova, Fungos, non vegeta-  
 bilia; avarissima, fætida, siticulosa, noctu prædatur;  
 terrefacta epilepsia corripitur.*

15. URSUS. *Dentes Primores superiores VI, intus  
 excavati alterni.*  
*Inferiores VI: laterales 2  
 longiores lobati; secunda-  
 rii basi interiores.*  
*Laniarii solitarii, conici.*  
*Molares V f. VI: primo lania-  
 riis approximato.*  
*Lingua lævis.*  
*Membrana nictitans. Nasus promi-  
 nens.*  
*Penis scatens offe recurvato.*

- Arctos. 1. U. cauda abrupta. *Faun. succ. 2. Syst. nat. 4. n. 1.*  
*Urfus. Gefn. quadr. 14. Aldr. digit. 117. Jonst. quadr.*  
*t. 55. Dodart. act. 67. t. 67. Raj. quadr. 171.*  
*Habitat in sylvis Europæ frigide.*  
*Irrequietus: abstemius hybernat intra Muscos; lambit  
 pedes (Barth. act. 1674. p. 34); inflat prædam.*  
*Urfus maritimus albus major, arcticus. Martens. Spitzb.*  
*73. t. O. f. C. forte distincta species est, nobis  
 non visa.*
- lucifus. 2. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, rostro fusco,  
 fronte fasciaque laterali longitudinali albida.  
*Urfulus lupi affinis americanus. Edw. av. 1. p. 103. t. 103.*  
*Habitat ad finum Hudsonis.*

- Meles. 3. U. cauda concolore, corpore supra cinereo subtus nigro, fascia longitudinali per oculos auresque nigra. Meles unguibus anticis longissimis. *Faun. succ.* 15. *Syst. nat.* 6.  
 Meles. *Gefn. quadr.* 686.  
 Taxus. *Aldr. digit.* 264. *Jonst. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 185.  
*Habitat in Europa inter rimas rupium & lapidum. Venatur cuniculos, antra fodit inhabitatque; stercus in eodem loco deponunt inhabitantes extra antrum; die latet, corrudit Lathyrum in hycnem, folliculum putorium supra anum haurit hybernans.*  
 Anatome. *E. N. C. d.* 2. a. 5. *obf.* 32. & d. 3. a. 3. *obf.* 163.
- Lotor. 4. U. cauda annulata, fascia per oculos transversali. Urfus cauda elongata. *Syst. nat.* 4. *Act. Stockh.* 1747. t. 9. f. 1.  
 Mus indicus alius. *Gefn. quadr.* 741.  
 Vulpi affinis americana. *Raj. quadr.* 179.  
 Raccon. *Kalm. it.* 2. p. 228.  
 Coati-monde. *Marcgr. bras.* 228. *Jonst. quadr.* 139. *Worm. musf.* 319. *Dodart. act.* 181. t. 181. *Major. mofc.* 30. *Raj. quadr.* 180.  
 Felis montana americana. *Seb. musf.* 1. p. 68. t. 42. f. 1.  
*Habitat in Americæ maritimis. Cauda crassa, ferruginca annulis nigris. Edit lubenter ova, Gallinas: cibum lavat; odoratu tactuque excellit; mentis tenacissimus, dormit a 12 noctis in 12 dici; pellitur fetis porcinis. Penis offe incurvato scetet.*

## IV. BE-

Urfi genus scandit interdum arbores, at non salit, sed descendit posterioribus præcumbibus. Talis communiter incedit. Penis offe curvato scetet.

## IV. BESTIÆ.

*Dentes Primores utrinque: intermediis distantibus.*

*Laniarii semper uno plures utrinque:  
Nasus ultra os prominens.*

16. SUS. *Dentes Primores Superiores IV, convergentes.*

*Inferiores VIII patuli.*

*Laniarii Superiores II breviores.*

*Inferiores II exserti.*

Scrofa. 1. S. dorso antice fetoso, cauda pilosa. *Fn. fucc.* 36. *Syst. nat.* 12.

Aper. *Gefn. quadr.* 146. *Aldr. bifulc.* 1013. *Jonst. quadr.* 74. *Raj. quadr.* 96.

β. Sus. *Gefn. quadr.* 872. *Aldr. bifulc.* 937. *Jonst. quadr.* t. 47. *Raj. quadr.* 92.

γ. Sus chinensis. *It. Wgoth.* 62. *It. Scan.* 72.

*Habitat in Europa australiore.*

*Aper vix differt a Sue domestico, nisi quod lanam inter fetas non habeat.*

*Chinensis dorso subnudo, abdomine ad terram usque dependente differt.*

*Varietas frequens Upsaliæ Suis domestici semper monunguli, in cæteris eadem species.*

*Animal odore pollens, naribus fodiens: tendinibus truncandis; quisquiliis, stercus, succulenta, variaque spurcata vorans; multa feligens; pinguisimum, stupidum, somnolentum, tempestatum prænuncium & impatiens; apricatur in sole, in cæno se volutat, immundum, grunniens, accurrit clamanti adversus hostem spumante ore dentibusque horrens, Crotalis infestum; tardum venere: pene laxo longo; mammis numerosissimis, prole innumera; laborat pediculis, scabie, serophulis, pipere. Ganæe numerosa materies, Athletis & exercitatis salubris, non vero criticis; sacchiaro s. ficu inprimis altilis laudatur: inde Pernæ, Sincipitia, Trunculi, Costæ, Sumina, Vulvæ, Isicia, Botuli, Juscula; at stercus in fluxu sanguineo valet.*

- Porcus. 2. S. Dorso postice fetoso, cauda longitudine pedum, umbilico cystifero. *Syst. nat.* 12.  
 Porcus guineensis. *Raj. quadr.* 96.  
*Habitat in Africa.*  
*Affinis priori. Corpus rufum. Auriculæ acuminatissimæ.*  
*Cauda longa, nuda.*  
*Vellus fetis caret, nisi supra clunes.*
- Tajacu. 3. S. dorso cystifero, cauda nulla. *Syst. nat.* 12.  
 Tajacu. *Pis. Ind.* 98.  
 Tajacu f. Aper mexicanus moschiferus. *Tyson. act. n.* 153. *Raj. quadr.* 97.  
 Cuaiguara. *Marcgr. bras.* 229. *Barth. cent.* 3. n. 44.  
 Quavlistia cogmati Quapizott. *Hern. mex.* 637. t. 637.  
*Habitat in Mexici, Panamæ, Brasiliæ montibus, sylvis;*  
*edit Ranas, Serpentes.*  
 Corpus cinereum; fascia flava circum humores: crux nigra supra nasum.  
 Pedes nigri: macula alba supra genua antica. Setæ fastigiatae nigrae inter breves aures, nec in dorso. Rotuberantia ad latera oris & supra nasum. Glandula secretoria supra clunes, fecernens odoratum liquorem ambrosiacum. *Z. Hallman.*
- Babyrus-4. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Syst. nat.* 12.  
 fa. Babyroussa. *Bont. jav.* 61. *Barth. cent.* 2. obs. 96.  
*Grew. mus. t.* 1. *Seb. mus. 1. p.* 80. t. 50. f. 2. *Raj. quadr.* 96.  
*Habitat in Borneo Indiæ orientalis.*  
 Magnitudine Cervi. Dentes Laniarii superiores II, perforantes cranium frontis, recurvati ut 2 cornua; inferiores utrinque solitarii, magni, adstant prioribus.
17. DASYPUS. *Dentes . . .*  
*Corpus testa ossea cataphractum, Zonis interfecta.*
- Unicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syst. nat.* 6.  
 Tatu f. Armadillo africanus. *Seb. mus. 1. p.* 47. t. 30. f. 3. 4.  
 2. Dasyopus cingulo simplici. *Syst. nat.* 6.  
 Tatu mustelinus. *Raj. quadr.* 235. *Grew. mus. 19. t.* 1.  
*Habitat in Africa.*

- tricin- 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.  
ctus. Dafypus cingulis tribus. *Sysl. nat.* 6.  
Tatou f. Armadillo. *Red. exper.* 91. t. 92.  
Tatu f. Armadillo orientalis. *Seb. muf.* 1. p. 62. t. 38.  
f. 2. 3.  
Tatu apara. *Marcgr. braf.* 232. *Pif. braf.* 100. *Raj.*  
*quadr.* 234.  
Armadillo f. Tatou genus alterum. *Cluf. exot.* 109.  
Armadillo. *Grew. muf.* 17. *Olear. muf.* 8. t. 6. f. 4.  
*Habitat in India orientali.*
- quadri- 3. D. cingulis quatuor. *Sysl. nat.* 6.  
cinctus. Cheloniscus. *Column. aquat.* 2. p. 15. t. 16.  
*Habitat . . . .*
- fexcin- 4. D. cingulis fenis, pedibus pentadactylis. *Muf. Ad. Fr.* 7.  
ctus. Dafypus cingulis sex. *Sysl. nat.* 6.  
Tatu f. Armadillo primus. *Raj. quadr.* 233.  
Tatu f. Tatu-pera. *Marcgr. braf.* 231.  
Armadillo f. Tatou. *Cluf. exot.* 230.  
*Habitat in America Meridionali.*
- septem- 5. D. Ungulis septenis, palmis tetradactylis, plantis pen-  
cinctus. tadactylis. *Amœn. acad.* 1. p. 281.  
Dafypus cingulis septem. *Sysl. nat.* 6.  
*Habitat in Indiis.*  
*An sufficienter a fequente distinctus?*
- novem- 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis penta-  
cinctus. dactylis. *Muf. Ad. Fr.* 6.  
Dafypus cingulis novem. *Sysl. nat.* 6.  
Tatou f. Armadillus americanus. *Seb. muf.* 1. p. 45.  
t. 29. f. 1. & t. 53. f. 6.  
Tatue brasiliensis. *Marcgr. braf.* 231. *Raj.* 9. *quadr.*  
233.  
β. Dafypus. *Hern. mex.* 314.  
*Habitat in America meridionali.*

18. ERINACEUS. *Dentes Primores* II, paralleli, subcuneati, longiores, distantes: superiores remotiores.

*Laniarii* II ubique, anteriorum decumbentes, parvi.

*Molares* III f. IV acuti, lobati.

*Corpus* spinis obtectum.

europæus. 1. ERINACEUS. *Fn. sv.* 16. *Syst. nat.* 6. *It. Goth.* 264. *Echinus* f. *Erinaceus terrestris.* *Gefn. quadr.* 368. *Aldr. quadr.* 459. *Jonst. quadr.* 119. *t.* 68. *Raj. quadr.* 231. *Seb. musf.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 1. 8. (\*)  
*Habitat in Europa.*

*Mitis, ambrosiacus, polyphagus, nocturnus, monogamus, hybernans, nidificans e Musco in fruticibus, metu se contrahens, naribus cristatis.*

*Anatome E. N. C. d. 2. an. obsf.* 65. & *an. 6. obsf.* 105. & *cent.* 10. *app.* 447. *Barth. aet.* 1671. *n.* 90.

19. TALPA. *Dentes Primores superiores* VI.  
*Inferiores* VIII.  
*Laniarii* major I, & minores IV.  
*Molares* acuminati.

europæa. 1. T. caudata, pedibus pentadactylis.  
*Talpa caudata.* *Syst. nat.* 7. *Faun. svcc.* 17. *It. Scan.* 332.  
*Talpa.* *Gefn. quadr.* 931. *Aldrov. digit.* 451. *Raj. quadr.* 236. *Seb. musf.* 1. *p.* 68. *t.* 41. *fig.* 1, 4.  
*Habitat in Europæ humosis sub terra, victitans e Lumbricis, non plantis, noctu prædatur.*  
*Anatome. E. N. C. d. 1. a 2. obsf.* 51. & *d 2. a 1. obsf.* 130.  
*Penis omnium animalium longissimus. Pellis delicatula.*

2. T.

(\*) lege: *f.* 1. 2. *Vide Emendanda pag.* 824.

asiatica. 2. T. ecaudata, palmis tridactylis.

Talpa fibirica verficolor. *Seb. musf.* 1. p. 51. t. 32.  
f. 4, 5.

*Habitat in Sibiria.*

20. SOREX. *Dentes Primores Superiores* II, bifidi.  
*Inferiores* IV: interme-  
diis 2 brevioribus.

*Laniarii* utrinque plures.

Araneus. 1. S. cauda corpore longiore.

Sorex. *Faun. fœc.* 33.\* *Syst. nat.* 10.

Mus araneus. *Gesn. quadr.* 741. *Aldr. digit.* 441. t. 442.

*Jonst. quadr.* t. 66. *Raj. quadr.* 239.

*Habitat in Europæ cryptis.*

*Auriculæ breves, amplæ. Cauda longa.*

criftatus. 2. S. naribus criftatis, cauda corpore brevior.

*Habitat in Penſylvania. P. Kalm.*

*Facies Talpæ, colore atro, palmis nivcis.*

*Auriculæ nullæ. Roſtrum longiſſimum. Cauda ſubnu-  
da, corpore dimidio brevior, concolor. Nares ſin-  
gulæ ſtella palmata radiis 10. f. 15. ſubulatis, nudis  
ut in Erinaceo. Dentes primores ſuperiores 2; in-  
feriores 4. Laniarii utrinque plures.*

aquaticus. 3. S. plantis palmatis, palmis caudaque corpore brevior  
re albis.

Talpa virginianus niger. *Seb. muſf.* 1. p. 51. t. 32. f. 3.

*Habitat in America ſeptentrionali. P. Kalm.*

*Facies præcedentis, ſed cinerea aut fuſca, palmis albis.*

*Cauda corpore quadruplo brevior, alba. Dentes primo-  
res ſuperiores 2; inferiores 4: intermediis breviffimis.  
Laniarii utrinque plures, difcreti.*

21. DIDELPHIS. *Dentes Primores Superiores* X.  
*Inferiores* VIII: inter-  
 mediis 2 brevissimis.  
*Laniarii* longi.  
*Molares* denticulati.  
*Lingua* subciliata.  
*Folliculus* abdominalis mamma-  
 rum.

- marfu- 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amen. acad.* 1. p. 279.  
 pialis. *Syst. nat.* 10. *Muf. Ad. Fr.* 10.  
 Philander. *Seb. muf.* 1. p. 64. t. 39.  
 Opossum. *Tyson. act.* 290. p. 1565.  
 Carigue. *Laët. amer.* 551.  
 Carigueija brasiliensibus. *Marcgr. bras.* 222. *Pif. bras.*  
 323. *Jonst. quadr.* 136. t. 63.  
 Maritacaca. *Pif. bras.* 323. *Raj. quadr.* 182.  
 Thlaquatzen. *Hernand. mex.* 330.  
*Habitat in America.*  
 Corpus *Melis*, magnitudine *Felis majoris*. Rostrum co-  
 nicum, longum suis instar, carinatum, rictu longissi-  
 mo vulpis. Nares perpendiculares, lunares. Vibrissæ  
 5 ordinum, longæ; setæ pone oris rictum 8, sub gu-  
 la 5. Auriculæ rotundatæ, atræ apicibus albis. Den-  
 tes molares lobati: anteriores simplices: primi mini-  
 mi; reliqui ut in caractere. Tibiæ nigræ, læves  
 pilis brevibus. Cauda nuda, longitudine corporis, quasi  
 segmentis ex rugis, prehensilis. Manus 5 dactylæ,  
 fissæ. Digiti teretes, nudi, æquales. Ungues com-  
 pressi, arcuati. Plantæ ut in palmis: Pollex omni-  
 no muticus.  
 Pullos lactantes territosque intra abdomen recipit mater.
- Philan- 2. D. cauda basi pilosa, auriculis pendulis, mammis qua-  
 der. ternis.  
 Tlaquazin f. Tai-ibi brasiliensibus. *Seb. muf.* 1. p. 57.  
 t. 36. f. 4.  
*Habitat in America.*

Figur-



*Figura Scævæ aliena rostro rotundiore, fascia fusca trans oculos, pollice postico unguiculato, quod non in nostro. Ubra duo: mammis in singulis 2.*

- Opos-  
sum. 3. D. cauda semipilosa, superciliarum regione pallidior, mammis binis.  
Philander, Opossum f. Carigueja. *Seb. mus.* 1. p. 56. t. 36. f. 1, 2.  
*Habitat in America.*  
*Abdomen circa mammas contrahitur in marsupium; pollices postici mutici.*
- murina. 4. D. cauda semipilosa, mammis fenis. *Amœnit. acad.* l. 279.  
*Mus sylvestris americanus. Seb. mus.* 1. p. 48. t. 31. f. 12, 36.  
*Habitat in Asia, America.*  
*Ungues digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus posticis.*
- dorsige-  
ra. 5. D. cauda basi pilosa corpore longiore, digitis manuum muticis. †  
*Mus sylvestris americana. Seb. mus.* 1. p. 49. t. 31. f. 5, 4. & 2. p. 90. t. 84. f. 4. *Merian. furin.*  
*Habitat in America.*  
*Pullos in dorso gerit caudis cirrhi instar convolutis.*

## V. GLIRES.

*Dentes Primores bini supra & infra, a molaribus remoti.*

*Laniarii nulli.*

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores II.*  
*Cornu naso insidens.*

- unicor- 1. R. cornu unico conico. *Syst. nat.* 11. n. 1.  
nis. Rhinoceros. *Jonst. quadr.* 98. t. 38. *Bont. jav.* 50.  
t. 51. *Bergen. orat.* 1746. t. 1. *Gefn. quadr.* 842.  
*Aldr. bifule.* 878.  
*Habitat in Africa, India, cono se volutans, victitans*  
*vepretibus.*  
*Statura prioris fere Elephantis.*  
*Cornu in rostro, solidum, recurvum, perpetuum, conicum.*  
*Labium superius acuminatum aduncum.*  
*Oculi & Aures parvæ.*  
*Cutis nuda. Rugæ transversales: 1. Capitis postica. 2.*  
*Scapularis: 3. Abdominalis ante femora. 4. Femora-*  
*lis trans femora. Ungulæ tres.*  
*Cauda attenuata pedibus brevior.*  
*Animal mite, ni laceffetur, tum arbores fragore pro-*  
*sternit, cornu ejicit omnia.*  
*Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat. Martialis.*

- bicornis. 2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *Syst. nat.* 11. n. 2.  
*Habitat in India. Kolbius, Jacobæus, Schroeckius.*  
*Species obscura, cranium tantum cum cornibus duobus*  
*compressis altero minori supra alterum nobis visum.*

23. HYSTRIX. *Dentes Primores II oblique fcis-*  
*si. (Raj.)*  
*Molares octo.*  
*Corpus spinis tectum.*

- cristata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite  
cristato, cauda abbreviata. *Syst. nat.* 9. n. 1.

Hystrix. *Gefn. quadr.* 563. *Aldrov. digit.* 471. *Jonst. quadr.* 119. *t.* 68. *Dodart. aët.* 233. *Raj. quadr.* 206. Hystrix orientalis cristata. *Seb. musf.* 1. *p.* 79. *t.* 50. *f.* 1. *Habitat in Asia.*

prehenfi-2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehenfili felis. *Syst. nat.* 9. *n.* 2.

Hystrix. *Bont. jav.* 54.

Cuandu brasiliensibus. *Maregr. brasf.* 233. *Pif. amer.* 99. *Raj. quadr.* 208.

Hoitztlacuatzin. *Hern. mex.* 322.

*Habitat in Asia, America meridionali.*

dorfata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda elongata, dorso solo spinoso.

Hystrix canadensis. *Edv. av.* 52. *t.* 52.

*Habitat in Canada.*

*Corpus ferrugineum, Cauda apice subtus alba.*

macrou-4. H. pedibus pentadactylis, cauda elongata: aculeis clara. *Syst. nat.* 9. *n.* 3.

Porcus aculeatus f. Hystrix orientalis. *Seb. musf.* 1. *p.* 84. *t.* 52. *f.* 1.

*Habitat in Asia.*

brachy-5. H. pedibus pentadactylis, cauda abbreviata. *Syst. nat.* 9. *n.* 4.

Porcus aculeatus f. Hystrix malaccensis. *Seb. musf.* 1. *p.* 81. *t.* 51. *f.* 1.

*Habitat in Asia.*

24. LEPUS. *Dentes Primores II: superiores duplicati: interioribus minoribus.*

timidus. 1. L. cauda abbreviata, auribus apice nigris. *Syst. nat.* 9. *n.* 2. *Faun. fvec.* 19.

Lepus. *Gefn. quadr.* 69. *Aldr. dig.* 247. *Jonst. quadr.* *t.* 65. *Raj. quadr.* 204.

*Habitat in Europa.*

Buteo. 14. F. cera pedibusque luteis, corpore fusco. abdomine pallido maculis fuscis.

Buteo vulgaris. *Gesn. av.* 46. *Will. ornith.* 38. t. 6.  
*Raj. av.* 16.

Buteo. *Alb. av.* 1. p. 1. t. 1.

*Habitat in Europa, Cuniculis & Bufonibus infestus.*

Tinnunculus. 15. F. cera pedibusque flavis, dorso rufo punctis nigris, pectore maculis longitudinalibus fuscis. cauda rotundata. *Fn. fvec.* 67.

Tinnunculus f. Cenchris. *Gesn. av.* 54. *Aldr. ornith.* l. 5. p. 395. *Will. orn.* 50. t. 5. *Raj. av.* 16. *Alb. av.* 1. p. 7. t. 7. (femina) & 3. p. 5. t. 5.

*Habitat in Europæ turribus, aviculis muribusque infestus. In cauda fascia unica lata nigra versus apices.*

fufflator. 16. F. cera pedibusque luteis, corpore fusco albido, oculorum operculis offeis.

*Habitat Surinami. Rolander.*

Corpus supra fuscum plumis basi albis; subtus luteo albo fuscoque maculatum, uti etiam rectrices. Nares lobbo carneo intercalari. Iratus aut territus caput inflat ad magnitudinem corporis.

cachinnans. 17. F. cera pedibus luteis, palpebris albis, corpore fusco albidoque vario, annulo nigro verticem album cingente. *Rolander.*

*Habitat in America meridionali.*

Corpus supra Dorsum, Alas, uropygium fuscum; sed Alba sunt collum, gula, pectus, abdomen, alæ subtus. Cauda fasciis luteis nigrisque. Hominem observans cachinnos edit.

fparverius. 18. F. cera lutea, capite fusco, vertice abdomineque rubro, alis cærulefcentibus.

Accipiter minor. *Catesb. carol.* 1. p. 5. t. 5.

*Habitat in America.*

columbarius. 19. F. cera lutea, corpore fusco-subtus albido, cauda fusca fasciis linearibus quatuor albis.

Accipiter palumbarius. *Catesb. car.* 1. p. 3. t. 3.

*Habitat in America.*

- Lanarius. 20. F. cera lutea, pedibus rostroque cæruleis, corpore sub-  
tus maculis nigris longitudinalibus. *Fn. fæcc.* 61.  
Lanarius. *Gesn. av.* 76. *Aldr. ornith. l. 5. c. 11.* *Will.*  
*orn.* 48. *Raj. av.* 15. *Alb. av.* 2. *p. 7. t. 7.*  
*Habitat in Europa; migratorius.*  
\* \* *Cera obscura.*
- Haliaetus. 21. F. cera pedibusque cæruleis, corpore supra fusco sub-  
tus albo, capite albido. *Fn. fæcc.* 57.  
Falco cyanopoda. *Gesn. av.* 74.  
Haliaetus. *Aldr. ornith. l. 2. c. 3.*  
Morphnos. *Aldr. ornith. l. 2. c. 8.*  
Balbufardus. *Will. ornith.* 37. *t. 6.* *Raj. av.* 16.  
*Habitat in Europa, humi inter arundines.*  
*Visitat piscibus majoribus, Anatibus. Pes sinister sub-*  
*palmatus.*
- Gyrfal- 22. F. cera cærulea, pedibus luteis, corpore fusco: sub-  
co. tus fasciis cinereis, caudæ lateribus albis. *Faun.*  
*fæcc.* 62.  
Gyrfalco. *Will. ornith.* 44? *Raj. av.* 13.?  
*Habitat in Europa; Columbis infestus.*
- apivorus. 23. F. cera nigra, pedibus feminudis flavis, capite cine-  
reo, caudæ fascia cinerea apice albo. *Fn. fæcc.* 66.  
Buteo apivorus s. vespivorus. *Will. ornith.* 38. *t. 3.*  
*Raj. av.* 16.  
*Habitat in Europa; visitans Muribus, Lacertis, In-*  
*sectis.*
- ærugino- 24. F. cera fusca, corpore griseo, vertice gula axillis pe-  
fus. dibusque luteis.  
Falco cera luteo-viridi, pedibus luteis, corpore ferru-  
gineo, vertice fulvo. *Fn. fæcc.* 63.  
Milvus æruginosus. *Will. orn.* 42. *t. 7.* *Raj. av.* 17.  
*Alb. av.* 1. *p. 3. t. 3.*  
*Habitat in Europa.*
- palumba- 25. F. cera nigra margine pedibusque flavis, corpore fu-  
rius. sco, rectricibus fasciis pallidis, superciliis albis.  
Accipiter palumbarius. *Aldr. ornith. l. 5. c. 2.* *Raj. av.*  
18. *n. 1.* *Alb. av.* 2. *p. 8. t. 8.*  
*Habitat in Europa, Gallinis infestus.*  
*Subtus totus albus nigro undulatus. Rectrices apice albæ.*

- Nifus. 26. F. cera viridi, pedibus flavis, pectore albo fusco undulato, cauda fasciis nigricantibus. *Fn. fvec.* 68.  
 Accipiter fringillarius. *Gesn. av.* 51. *Aldr. ornith. l.* 5. c. 3. *Bell. av.* 19. b. *Will. ornith.* 51. t. 5. *Raj. av.* 18. *Alb. av.* 3. p. 4. t. 4. & 1. p. 5. t. 5. *femina.*  
 Moscheutus. *Aldr. ornith.* 345.  
*Habitat in Europa; Columbibus Passeribusque infestus; venatur egregie Alaudas, coque utimur in aucupiiis.*

42. STRIX. *Rostrum* aduncum (absque cera) basi pennis fetaceis tectum.  
*Caput* grande auribus oculisque magnis.  
*Lingua* bifida.

\* *Auriculatæ.*

- Bubo. 1. S. capite auriculato, corpore ruffo. *Fn. fvec.* 45.  
 Bubo. *Bell. av.* 25. a. *Gesn. av.* 234. *Aldr. orn.* l. 8. c. 2. *Will. orn.* 62. *Alb. av.* 2. p. 9. t. 9. *Frisch. av.* t. 93.  
*Habitat in Europa.*
- Scandia- 2. S. capite auriculato, corpore albido. *Fn. fvec.* 46.  
 ca. *Habitat in Alpibus Lapponiæ.*
- Afio. 3. S. capite aurito, corpore supra ferrugineo subtus cinereo, alis punctis quinque albis.  
 Noctua aurita minor. *Catesb. car. l.* p. 7. t. 7.  
*Habitat in America.*
- Otus. 4. S. capite auriculato pennis fenis. *Faun. fvec.* 47.  
 Otus s. Afio. *Bell. av.* 25. 6. *Aldr. orn.* l. 8. c. 3. *Will. ornith.* 64. t. 12. *Raj. av.* 25. *Frisch. av.* t. 99. *Alb. av.* 2. p. 10. t. 10.  
*Habitat in Europa.*  
*Cristæ auritæ albidæ fasciis sex fuscis.*
- Scops. 5. S. capite auriculato penna solitaria.  
 Scops. *Aldr. ornith. l.* 8. c. 4. *Raj. av.* 25.  
*Habitat in Europa.*

\* \* *In-*

*Strix differt a Falcone ut Phalena a Papilione; altera enim diurna, alter nocturnus est. Noctu prædantur aviculis, muribus; die cæcutiunt; pedes lanati ne frigescant; aures ample ut percipiant; die aviculis opprobrio expostæ.*

\* \* *Inauriculatæ.*

- Aluco. 6. S. capite lævi. corpore ferrugineo. iridibus atris. remigibus primoribus ferratis. *Fn. fœcc.* 48. *It. al.* 69.\*  
 Aluco minor. *Will. ornith.* 67. t. 13. *Raj. av.* 25. n. 1.  
*Alb. av.* 2. p. 11. t. 11.  
*Habitat in Europa.*
- funerea. 7. S. capite lævi. corpore fusco. iridibus flavis. *Fn. fœcc.* 51.  
 Ulula flammeata. *Frijch. av.* t. 98?  
*Habitat in Europa.*
- Nyctea. 8. S. capite lævi, corpore albedo maculis lunatis distantibus fuscis. *Fn. fœcc.* 54.  
 Aluco albus diurnus. *Edw. av.* 61. t. 61.  
*Habitat in Europa & America septentrionali.*  
*Alba fereque immaculata in Alpibus Lapponicis.*
- fridula. 9. S. capite lævi. corpore ferrugineo. remige tertiam longiore. *Fn. fœcc.* 55.  
 Strix. *Aldr. ornith.* 561. t. 563. *Will. ornith.* 65. *Raj. av.* 25.  
*Habitat in Europa.*
- Ulula. 10. S. capite lævi. corpore supra fusco albo maculato, rectricibus fasciis albis. *Fn. fœcc.* 52.  
 Ulula. *Gesn. av.* 773. *Aldr. ornith.* l. 8. c. 6. *Will. ornith.* 68. t. 13. *Raj. av.* 26. n. 4.  
*Habitat in Europa.*
- passerina. 11. S. capite lævi. remigibus albis: maculis quinque ordinum. *Fn. Sœcc.* 53.  
 Noctua minima. *Gesn. av.* 620. *Aldr. ornith.* l. 8. c. 7. *Will. ornith.* 69. t. 13. *Raj. av.* 26. n. 6. *Alb. av.* 2. p. 12. t. 12. *Frijch. av.* t. 100.  
*Habitat in Europa.*

43. LANIUS. *Rostrum* rectiusculum, dente utrinque versus apicem, basi nudum.  
*Lingua* lacera.

- cristatus. 1. L. cauda cuneiformi. capite cristato, corpore rufescente. subtus fulvo fuscoque undulato.  
 Lanius fulvus cristatus. *Edw. av.* 54. t. 54.  
*Habitat in Benghala.*

- Excubi- 2. L. cauda cuneiformi lateribus alba, dorso cano, alis  
tor. nigris macula alba.  
Ampelis cærulefcens, alis caudaque nigricantibus. *Fn.*  
*fv.* 181.  
Lanius cinereus major. *Aldr. orn. l. 5. p. 386. Will.*  
*orn. 53. t. 10. Raj. av. 18. Alb. av. 2. p. 13. t. 13.*  
Pica cinerea. *Frisch. av. t. 59.*  
*Habitat in Europa.*  
*Accipitres adventantes observat & aviculis indicat.*
- Collurio. 3. L. cauda subcuneiformi. dorso grifeo, rectricibus qua-  
tuor intermediis unicoloribus, rostro plumbeo.  
Ampelis dorso grifeo, macula ad oculos longitudinali.  
*Fn. fec. 180. t. 2. f. 180.*  
Lanius tertius. *Will. ornith. 54. Raj. av. 18. Alb. av. 2.*  
*p. 14. t. 14. 15.*  
Pica media Lanius medius. *Frisch. av. t. 60.*  
*Habitat in Europa.*  
*Scarabæos Pruno spinosa perforat; cerebra avicularum*  
*effodit earum Simia.*
- Tyran- 4. L. vertice nigro: stria longitudinali fulva.  
nus. Mulcica corona rubra. *Catesb. car. 1. p. 55. t. 55.*  
Pica americana cristata. *Frisch. av. 4. t. 62.*  
*Habitat in America septentrionali.*  
*Color obscure cinereus, abdomine albo.*
- Carnifex. 5. L. corpore rubro, fascia oculari remigum rectricumque  
apicibus nigris.  
Garrulus ruber furinamensis. *Edv. av. 39. t. 39.*  
*Habitat Surinami.*
- Schach. 6. L. corpore lutescente, fronte alisque nigris.  
Lanius A-sack. *Osbeck. iter. 227.*  
*Habitat in China. P. Osbeck.*  
Magnitudo precedentium. Caput & Collum supra gri-  
feum. Collum subtus testaceo-albidum. Dorsum &  
Abdomen pallide testacea. Remiges nigræ: primores  
basi albæ; secundariæ apice albicantes.
- Senator. 7. L. cauda integra, corpore supra nigro subtus albo, oc-  
cipite purpureo.  
Lanius rubro capite. *Alb. av. 2. p. 15. t. 16.*  
*Habitat in Indiis.*



*Fascia frontis & bascos alarum alba. Macula alba in remigibus.*

cærule- 8. *L. cauda forficata*, corpore nigro cærulescente, abdomine albo.

*Lanius cauda forcipata. Edv. av. 56. t. 56.*

*Habitat in Benghala.*

jocofus. 9. *L. cauda integra*, corpore griseo, palpebra inferiore purpurea, ano sanguineo. *Amæn. acad. 4. p. . .*

*Habitat in China. Osbeck.*

*Caput nigrum. Gula alba. Abdomen albicans.*

*Rostrum rectius quam in reliquis, sed utrinque intra apicem emarginatum.*

Garrulus. 10. *L. remigibus secundariis apice membranaceo colorato, cauda integra.*

*Ampelis remigibus quibusdam apice membranaceo terminatis. Fn. fec. 179.*

*Garrulus bohemicus. Gefn. av. 703. Aldr. orn. l. 12. c. 18. Will. orn. 90. t. 20. Raj. av. 85. Alb. av. 2. p. 25. t. 26. Frisch. av. 32. f. 1.*

β. *Garrulus carolinensis. Catesb. car. 1. p. 46. t. 46.*

*Habitat in Europa & America boreali; æstivat supra Sveciam.*

*Vibriffæ ad rostrum nullæ, quemadmodum in Turdis, a quibus etiam Rostrum brevius apice magis incurvo differt; Nares fetis tectæ ut in Corvis; proxime autem dubia avis Laniis accedit; facies ex fascia oculari non repugnat, sed baccivora, nec rapax. Remiges secundariæ squama colorata terminatæ. Nutritur Baccis Sorbi.*

## II. PICÆ.

*Rostrum subcompressum, convexum.*

44. PSITTACUS. *Rostrum* aduncum: mandibula superiore mobili cera instructa. *Lingua* carnosâ, obtusa, integra. *Pedum* digiti antici 2, posticique 2.

\* *Macrouri cauda cuneiformi.*

- Macao. 1. *P. macrourus ruber*. remigibus supra cæruleis, subtus rufis. genis nudis rugosis.  
*Psittacus cauda cuneiformi*. temporibus nudis rugosis. *Syst. nat.* 18.  
*Psittacus maximus alter*. *Aldr. ornith.* l. 11. c. 3. *Will. ornith.* 73. *Raj. av.* 29. *Alb. av.* 1. p. 11. t. 11. *Edv. av.* 158. t. 158.  
*Psittacus erythrocyaneus*. *Gejn. av.* 721.  
 Araracanga. *Marcgr. bras.* 206.  
*Habitat in America meridionali.*  
*Corpus magnitudine Gallinæ, coccineum. Rostrum* superior alba; inferior nigra. *Tempora* nuda, alba, rugosa. *Remiges imprimis exteriores cæruleæ: tectricibus pluribus luteis. Cauda cuneiformis, longissima. Rectrices rubræ, lateralibus cæruleis.*
- Ararau- 2. *P. macrourus supra cæruleus, genis nudis; lineis plu-*  
 na. mosis.  
*Psittacus cauda cuneiformi, temporibus nudis: lineis plu-*  
 mosis. *Syst. nat.* 18.  
*Psittacus maximus cyano-croceus*. *Aldr. ornith.* l. 11. c. 2. *Will. ornith.* 110. t. 15. *Raj. av.* 28. 181. *Sloan. jam.* 2. p. 296. *Edv. av.* 159. t. 159.  
 Ararauna. *Marcgr. bras.* 206. *Will. ornith.* 111. *Alb. av.* 3. p. 10. t. 10. fem. & 2. p. 16. t. 17. mas.  
*Habitat in America meridionali.*

Cærulea *ſupra Collum, Dorſum, Alas, Caudam. Subtus Collo, Pectore, Abdomine, Cauda Lutca feminae, f. Rubra Maris. Nigra Roſtrum & Gula. Palpebræ ferratæ papillis nigris. Tempora nuda, lineata punctis plumoſis cæruleo-nigris.*

- obſcu- 3. *P. macrourus niger, genis nudis, vertice cinereo-nigre-*  
rus. *ſcente vario, cauda cinerea. Haſſelq. iter. 236.*  
*Habitat in Africa?*
- nobilis. 4. *P. macrourus viridis, genis nudis, humeris coccineis.*  
*Muſ. Ad. Fr. 2. p.*  
*Pſittacus viridis, alarum coſta ſuperne rubente. Aldr.*  
*orn. l. 11. c. 5. Raj. av. 30, 181. Sloan. jam. 2.*  
*p. 297.*  
*Pſittacus mediæ magnitudinis. Will. orn. 112. t. 16.*  
*Habitat in America meridionali.*
- ſeverus. 5. *P. macrourus viridis, genis nudis, remigibus rectricibus-*  
*que cæruleis ſubtus purpuraſcentibus. Muſ. Ad. Fr. 1.*  
*p. 13.*  
*Habitat in Indiis.*
- borneus. 6. *P. macrourus ruber, remigibus rectricibusque apice vi-*  
*ridibus, alis macula cærulea.*  
*Pſittacus coccineus. cauda longiore. Edw. av. 173.*  
*t. 173.*  
*Habitat in India: Borneo.*
- ſolſtitia- 7. *P. macrourus luteus, alarum rectricibus viridibus, cau-*  
lis. *da forcicata.*  
*Pſittacus angolensis. Alb. av. 3. p. 13. t. 13.*  
*Habitat in Guinea.*
- caroli- 8. *P. macrourus viridis, capite collo genibusque luteis.*  
nensis. *Pſittacus carolinensis. Catesb. car. 1. p. 11. t. 11.*  
*Habitat in Carolina. Virginia.*
- alexan- 9. *P. macrourus viridis, collari pectoreque rubro, gula*  
dri. *nigra. Amœn. acad. 4. p.*  
*Pſittacus cubicularius. cauda cuneiformi, digito interiore*  
*poſtice truncato. Haſſelq. itin. 235.*  
*Pſittacus javanicus. Ofb. iter. 101.*  
*Pſittacus torquatus macrourus antiquorum. Will. orn.*  
*77. t. 16. f. 3.*

- Pfittacus viridis ex ind. orientali. *Alb. av. 2. t. 18. & 3. t. 14.*  
 Pfittacus torquatus macrourus antiquorum. *Aldr. av. l. 11. c. 12. Raj. av. 33.*  
 Perrocello. *Olin. av. 24. t. 24.*  
*Habitat in China, Benghala, Æthiopia.*  
*Primus (totus viridis torque miniato) innotuit sub expeditione Alexandri magni. Plin.*
- pertinax. 10. P. macrourus viridis, genis fulvis, remigibus rectricibusque canescentibus. *Muf. Ad. Fr. 1. p. 14.*  
 Pfittacus minor viridis, cauda longa & malis croceis.  
*Frisch. av. 4. t. 54.*  
*Habitat in Indiis.*
- canicula- 11. P. macrourus viridis, fronte rubra, occipite remigibusque extimis cæruleis.  
 Pfittacus capite rubro cæruleoque. *Edw. av. 176. t. 176.*  
 Tui-apute-juba. *Marcgr. bras. 206. n. 2.*  
*Habitat in America.*  
*Magnitudo Turdi. Cauda corpore longior.*
- ærugino- 12. P. macrourus viridis, vertice remigibusque primoribus fus. cæruleis.  
 Pfittacus minor, gutture fusco, occidentalis. *Edw. av. 177. t. 177.*  
*Habitat in America.*  
*Cauda corpore brevior.*
- rufiro- 13. P. macrourus viridis, rostro pedibusque rubris, rectricibus apice cærulescentibus. *Muf. Ad. Fr. 2. p. . .*  
 Pfittacus minor macrourus totus viridis. *Aldr. ornith. l. 2. c. 13. Raj. av. 33. Sloan. jam. 2. p. 297.*  
 Pfittacus minor viridis, cauda longiore. *Edw. av. 175. t. 175.*  
 Tujaputepjuba. *Marcgr. bras. 206. n. 3. Will. ornith. 116. Raj. av. 34.*  
*Habitat in America.*
- ornatus. 14. P. macrourus luteo-viridis, occipite gula pectoreque rubris, vertice auribusque cæruleis.

- Pfittacus minor e coccineo viridis. *Edw. av.* 174.  
t. 174.  
*Habitat in America.*
- agilis. 15. P. submacrourus viridis, rectricibus remigum primorum cærulefcentium fulvis, cauda subtus rubra.  
Pfittacus minor viridis. *Edw. av.* 168. t. 168.  
*Habitat in America.*  
*Magnitudo Coccythraustis. Cauda cuneiformis, sed non elongata.*  
\* \* *Brachyuri cauda equali.*
- criftatus. 16. P. brachyurus albus, crista dependente flava.  
Pfittacus albus criftatus. *Aldr. ornith. l.* 11. c. 4. *Will. ornith. . . Raj. av.* 30. *Seb. mus. 1. p.* 94. t. 59. f. 1. *Alb. av.* 3. p. 12. t. 12. *Edw. av.* 160. t. 160. *Frisch. av.* 4. t. 50.  
*Habitat in China.*
- niger. 17. P. brachyurus niger.  
Pfittacus niger. *Edw. av.* 5. t. 5.  
*Habitat in Madagascar.*  
*Cauda longa, sed equalis.*
- fordidus. 18. P. brachyurus subfuscus, gula cærulea. alis caudaque viridibus, rostro anoque rubris.  
Pfittacus fuscus. *Edw. av.* 167. t. 167.  
*Habitat in Mexico.*
- erythro- 19. P. brachyurus cinereus, uropygio, rectricibus remigibusque coccineis. †  
leucus. Pfittacus erythroleucus. *Aldr. orn. l.* 11. c. 11. *Will. orn.* 76. *Raj. av.* 31.  
*Habitat . . .*  
*Magnitudo Gallina.*
- erithacus. 20. P. brachyurus canus, temporibus albis, cauda coccinea.  
*Mus. Ad. Fr.* 1. p. 14.  
Pfittacus cinereus f. subcæruleus. *Aldr. ornith. l.* 11. c. 10. *Raj. av.* 31. *Alb. av.* 1. p. 12. t. 12. *Frisch. av.* 4. t. 51.  
*Habitat in Guinea.*

- garrulus. 21. *P. brachyurus ruber*, genibus alisque viridibus, rectricibus medietate postica cæruleis. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. Pfittacus ruber, remigibus rectricibusque introrsum purpureis. *It. Wgot.* 137.  
 Pfittacus rufus. femoribus & alis viridibus. *Frisch. av.* 4. t. 45.  
 Pfittacus coccineus, alis e viridi & nigro variis. *Edw. av.* 172. t. 172.  
*Habitat in Asia.*
- auroræ. 22. *P. brachyurus coccineus*, alis viridibus nigrisque, rectricibus flavis medietate postica virescentibus.  
 Pfittacus coccineus orientalis. alis ex viridi & nigro variis. *Raj. av.* 31.  
*Habitat in India orientali.*  
*Corpus coccineum, magnitudine Turdi. Alarum rectrices virides. Remiges nigre margine exteriori viridi: subtus purpurascens. Annulus viridis supra genua. Pedes nigri. Rostrum flavum. Raj.*
- Domicella. 23. *P. brachyurus ruber*, pileo fusco, alis viridibus, humeris genibusque cæruleis.  
 Pfittacus coccineus orientalis. vertice nigro. *Edw. av.* 171. t. 171.  
 Pfittacus brasiliensis. *Alb. av.* 1. p. 13. t. 13.  
*Habitat in Asia.*
- Lory. 24. *P. brachyurus purpureus*, pileo nigro. alis viridibus, pectore genibus caudaque cæruleis.  
 Pfittacus coccineus orientalis, vertice nigro. *Edw. av.* 170. t. 170. *Frisch. av.* 4. t. 44.  
*Habitat in India orientali.*
- cæruleo- 25. *P. brachyurus*, capite pectore dorsoque cæruleis, ventre uropygio caudaque viridibus, vertice flavo. †  
 cephalus. Pfittacus versicolor f. erythrocyaneus. *Aldr. orn.* l. 11. c. 9. *Will. orn.* 75. *Raj. av.* 31.  
*Habitat . . .*
- leucocephalus. 26. *P. brachyurus viridis*, remigibus cæruleis. fronte alba.  
 Pfittacus leucocephalus. *Aldr. ornith.* l. 11. c. 8. *Raj. av.* 31.  
 Pfittacus viridis, fronte alba. collo rubro. *Frisch. av.* 4. t. 46.

Pfittacus viridis, capite albo. *Edw. av.* 166. t. 166.  
*Habitat in America.*

Corpus magnitudine Cuculi, viride pennis margine nigris. Caput supra & ad latera cæruleum; fronte oculatorumque regione alba. Gula tota rubra. Remiges nigre latere exteriori denudato cæruleæ. Rectrices æquales, virides, basi rubræ, apice flavescentes: at 1. 1. latere exteriori cæruleo; 6. 6. unicolores. Abdomen postice ferrugineum.

aestivus. 27. P. brachyurus viridis, fronte cærulea, humeris sanguineis.

Pfittacus viridis melanorrhynchos. *Aldr. av.* l. 11. c. 7.  
*Raj. av.* 30.

Pappagallo. *Olin. av.* 23. t. 22.

Pfittacus viridis & luteus barbadensis. *Alb. av.* 3. p. 11.  
t. 11. male.

Pfittacus viridis major occidentalis. *Edw. av.* 162.  
t. 162.

Pfittacus viridis, capite luteo, fronte cærulea. *Frisch.*  
*av.* 4. t. 47<sup>2</sup>.

*Habitat in America.*

Corpus magnitudine Columbæ, viride, dorso adspersa pennis luteis. Facies flava. Frons cærulea. Vertex albidus. Rectrices virides apice pallidiores: 1. 2. 3. basi interiore rubræ; at 1 etiam latere exteriori cærulea. Humeri fulvi s. sanguinei. Remiges primores nigre apice cærulescentes, latere exteriori virides; secundariæ anteriores latere exteriori versus basin rubræ. Rostrum nigrum.

paradisi. 28. P. brachyurus luteus, angulo abdominis rectricibusque basi rubris.

Pfittacus paradisi ex cuba. *Catesb. car.* 1. p. 10. t. 10.  
*Habitat in America.*

festivus. 39. P. brachyurus viridis, fronte purpurascente, superciliis gulaque cæruleis. dorso sanguineo.

*Habitat in Indiis.*

Corpus magnitudine Columbæ.

Pfittaci monogami, per paria incedunt, garrulæ(\*) loquaces, dociles, longævæ, vicissitant imprimis nucibus, glandibus, sem. cucurbitarum, Carthami: scandunt rostro, irati pennas erigunt, meditantur.

(\*) lege: garruli. Vide Emendanda pag. 824.

- brasiliensis. 30. P. brachyurus viridis. facie rubra, temporibus cæruleis.  
 Pfittacus viridis brasiliensis. *Edw. av. 161. t. 161.*  
*Habitat in Brasilia.*  
*Avis viridis flavo contaminata. Rubrum infra flexuram alæ & in exteriori latere rectricum 2. 2; cæruleum in latere exteriori remigum rectricumque primorum.*
- autumnalis. 31. P. brachyurus viridis, fronte remigumque macula coccinea. vertice remigibusque primoribus cæruleis.  
 Pfittacus viridis minor occidentalis. *Edw. av. 164. t. 164.*  
*Habitat in America.*  
*Magnitudo Columbæ. Corpus viride. Oculorum regio cærulea. Alarum rectrices primores cæruleæ, basi rubræ. Remiges primores cæruleæ, posteriores virides. Rectrices supra virides, apice flavescentes: extimo latere exteriori cæruleo; subtus flavæ, basi rufescentes, medio macula viridi.*
- accipitris. 32. P. brachyurus viridis, capite griseo. collo pectoreque subviolaceo vario, remigibus rectricibusque apice cæruleis.  
 Pfittacus orientalis capite accipitris. *Edw. av. 165. t. 165.*  
 Pfittacus elegans. *Cluf. exot. 365. Raj. av. 32. Will. ornith. . . .*  
*Habitat in India.*
- melanocephalus. 33. P. brachyurus viridis subtus luteus, pileo nigro. pectore albo.  
*Muf. Ad. Fr. 2. p.*  
 Pfittacus coccineus, ventre albo. *Edw. av. 169. t. 169.*  
*Habitat in Mexico.*
- collarius. 34. P. brachyurus viridis. collo rubente.  
 Pfittacus minor, collo miniaceo. *Sloan. jam. 2. p. 297. Raj. av. 181.*  
*Habitat in America.*
- pullarius. 35. P. brachyurus viridis, fronte rubra, cauda fulva fascia nigra.  
*Muf. Ad. Fr. 2. p.*  
 Pfittacus parvus viridis, ex india orientali. *Alb. av. 3. p. 15. t. 15.*  
 Pfittacus minimus viridis, cum fronte & gula rubra.  
*Frisch. av. 4. t. 54.*



Pſittacus puſillus viridis æthiopicus. *Raj. av.* 31.

Pſittacus minimus. *Cluſ. exot.* 365.

Pſittacus minor verſicolor. *Sch. muſ.* 2. p. 40. t. 40.  
f. 1.

*Habitat in Aſia, Ethiopia.*

Galgu- 36. P. brachyurus viridis, uropygio pectoreque coccineis.  
lus. vertice cæruleo. *Amæn. acad.* 4. p. . *Oſb. iter.* 101.

Pſittacus minimus viridis ruber indicus. *Edw. av.* 6.  
t. 6.

Avicula cechini. *Aldr. orn.* 1. 20. p. 560.

*Habitat in India.*

*Pede altero ſuſpenſus dormit. Plin. X. 33: Galgulos  
ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmat.  
quia tutiores ita ſe ſperant.*

paſſeri- 37. P. brachyurus luteo virens, macula alarum alisque sub-  
nus. tus cæruleis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. p. 14.

*Habitat in America.*

*Magnitudo Paſſeris.*

*Remiges ſubtus & teſtrices alarum primariæ cæruleæ.*

45. RAMPHASTOS. *Roſtrum* maximum, inane, con-  
vexum, extrorſum ferratum.

*Nares* pone maxillas.

*Lingua* pennacea.

*Pedum* digiti antici poſtici-  
que gemini.

piperivo-1. R. roſtro nigro: carina craſſiſſima.  
rus. *Habitat in America meridionali.*

Tuca- 2. R. roſtro rubro: carina obtuſa alba.  
nus. *Habitat in America meridionali.*  
*Maxillæ verſus baſin fascia nigra.*

picatus. 3. R. roſtro rubro: apice nigro: carina compreſſa.  
*Pica braſilienſis. Alb. av.* 2. p. 24. t. 25. *Aldr. orn.*  
1. 20. c. 19.  
*Habitat in America meridionali.*  
*Roſtrum magnum inter congeneres; etiam baſi nigri-  
caus.*

Aracari. 4. R. rostro nigro: maxilla superiore lateribus alba. basi triloba.

Toucan. *Edw. av.* 64. t. 64.

Aracari. *Marcgr. bras.* 217. *Raj. av.* 44.

*Habitat in America meridionali.*

Maxilla superior ad nares triloba, quod non in reliquis, fascia abdominis anoque fanguineis.

46. BUCEROS. *Rostrum* convexum, cultratum, magnum; Frontis calvaria nuda, offeo-gibbosa.  
*Nares* in basi rostri.  
*Lingua* acuta, brevis.

bicornis. 1. B. fronte offea plana antrorsum bicorni. *Amœn. acad.*

4. p. . .

Calao. *Pet. gaz.* 43. t. 28. f. 6. & t. 31. f. 1. *Will. Ornith.* t. 17. f. 1.

*Habitat in China.*

Corpus magnitudine Gallinæ, nigrum; subtus pectore, abdomine, femoribus album. Macula alba in remigibus alarum. Cauda longiuscula. Rectrices 10, nigrae, extimis utrinque albis. Pedes virescentes: digitis 3 anticis; 1 postico.

Rhino- 2. B. cornu maxillari frontis recurvato. †

ceros. Rhinoceros. *Bont. jav.* 63. t. 64. *Olear. mus.* t. 15. f. 4. *Will. orn.* t. 17. f. 3. *Worm. mus.* 293. *Aldr. orn.* l. 12. c. 20.

*Habitat in India.*

Cum Willughbæus aliique rostrum extrorsum ferratum fiant, videtur Ramphasti potius generis avis esse. Fæda fœtidaque cadaveribus victitans venatores comitatur.

47. CROTOPHAGA. *Rostrum* compressum, femio-  
vatum. arcuatum. fulco u-  
trinque exaratum; Man-  
dibula superiore margine  
utrinque angulata.  
*Nares* perviæ.

## Ani. 1. CROTOPHAGA.

*Crotophaga ater*, rostro brevior compresso arcuato-cul-  
trato. *Brown. jam.* 474.

Monedula tota nigra major garrula, mandibula superio-  
re arcuata. *Sloan. jam.* 2. p. 298. t. 256. f. 1. *Catesb.*  
*car.* 3. p. 3. t. 3.

Ani. *Marcgr. braj.* 193. *Will. orn.* 120. *Raj. av.* 35.  
n. 10. & 185. n. 29.

*Habitat in America, Africa; viçitans gryllis.*

48. CORVUS. *Rostrum* convexum, cultratum, basi  
pennis fetaceis tectum.  
*Lingua* cartilaginea bifida.

Corax. 1. *C. ater*, dorso cærulefcente, cauda subrotundata. *Fn.*  
*fvcc.* 69.

*Corvus.* *Gesn. av.* 334. *Aldr. orn. l.* 12. c. . *Jonst. av.*  
38. t. 16. *Will. ornith.* 82. t. 18. *Raj. av.* 39. *Alb.*  
*av.* 2. p. 19. t. 20. *Frisch. av. t.* 63.

*Habitat in Europa. viçitatur cadaveribus, furto deditus,*  
*loqui addiscit, feris convivalis. clamitans.*

Corone. 2. *C. atro-cærulefcentis*, cauda rotundata: rectricibus a-  
cutis.

*Cornix.* *Raj. av.* 39. n. 2. *Alb. av.* 2. p. 20. t. 21.

*Habitat in Europa.*

frugile- 3. *C. ater*, fronte cinerascente. *Fn. fvcc.* 70.

gus. *Cornix frugilega.* *Aldr. orn. l.* 12. c. 3. *Will. ornith.*  
84. t. 18. *Raj. av.* 39. *Alb. av.* 2. p. 21. t. 22. *Frisch.*  
*av. t.* 64.

*Habitat in Europa, agris infesta, gregaria.*

Cornix. 4. *C. cinerascens*, capite gula alis caudaque nigris. *Fn.*  
*fvcc.* 71.

*Cornix cinerea frugilega.* Aldr. *ornith.* l. 12. c. 4. Will. *ornith.* 84. t. 77. Raj. *av.* 39. Alb. *av.* 2. p. 22. t. 23. Frisch. *av.* t. 65.

*Habitat in Europa, viçitat Larvis Tipularum, quisquiliis; apud nos relegata, at inaudita & indefensa. Ventis adversa confidet.*

Mone- 5. *C. fufca, occipite incano. fronte alis caudaque nigris.*  
dula. *Fn. fvec.* 72.

Monedula f. *Lupus.* Aldr. *orn.* l. 12. c. 9. Will. *ornith.* 85. t. 19. Raj. *av.* 40. Alb. *av.* 1. p. 14. t. 14. Frisch. *av.* t. 67.

*Habitat in Europæ agris; gregaria.*

bengha- 6. *C. vertice alis caudaque cæruleis, collo grifeo.*  
lenfis. *Pica glandaria benghalensis.* Alb. *av.* 1. p. 17. t. 17.

*Habitat in Benghala.*

glanda- 7. *C. tectricibus alarum cæruleis: lineis transversis albis*  
rius. *nigrisque, corpore ferrugineo variegato.* *Fn. fvec.* 74.

*Pica glandaria.* *Gefn. av.* 700. Aldr. *ornith.* l. 12. c. 14. Will. *orn.* 88. t. 19. Raj. *av.* 41. Alb. *av.* 1. p. 16. t. 16. Frisch. *av.* t. 55. Olin. *av.* 35.

*Habitat in Europa; colligit nuces, glandes; superfluas defodit.*

criftatus. 8. *C. tectricibus alarum lineis transversis nigris, corpore*  
*cæruleo, collari nigro.*

*Pica glandaria cærulea criftata.* *Catesb. car.* p. 15. t. 15. *Habitat in America feptentrionali. Præcedenti in multis affmilans.*

Caryoca- 9. *C. fufcus alboque punctatus, alis caudaque nigris: re-*  
taçtes. *ctricibus apice albis: intermediis apice detritis.*

*Corvus cinereus, cauda alisque nigris.* *Fn. fvec.* 75. *Caryocataçtes.* *Gefn. av.* 245. Will. *ornith.* 90. t. 20. Raj. *av.* 42.

*Pica abietum nigra guttata.* Frisch. *av.* t. 56. *Habitat in Europa; edit nuces.*

Pica. 10. *C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi.* *Fn. fvec.* 76.

*Pica varia f. caudata.* *Gefn. av.* 695. Aldr. *orn.* l. 12. c. 12. *Jonst. av.* 44. t. 17. Will. *ornith.* 87. t. 19. Raj. *av.* 41. Alb. *av.* t. 1. p. 15. t. 15. Frisch. *av.* t. 58.

*Habi-*

*Habitat in Europa nido artificioso.*

*Degit ad pagos, inter hostes offensos sylvarum osor: legit quisquilias.*

- paradisi. 11. C. albo nigroque varius, cauda cuneiformi, remigibus intermediis longissimis, capite nigro cristato: Manucodiota cristata ex albo nigroque variata. *Raj. av.* 195. *t.* 2. *f.* 13.  
 Avis paradisi. *Seb. mus.* 1. *p.* 85. *t.* 52. *f.* 3. & *t.* 30. *f.* 5.  
 Pica orientalis. cauda duabus pennis longissimis. *Edw. av.* 113. *t.* 113.  
*Habitat in India.*

- infaustus. 12. C. dorso cinereo, rectricibus rufis: intermediis duabus cinereis. fascia nigricante.  
 Turdus rectricibus rufis: duabus intermediis cinereis fascia nigricante: proximis apice cinereis. *Fn. fec.* 187.  
 Merula saxatilis. *Will. orn.* 145. *t.* 36. *Raj. av.* 65. *Alb. av.* 3. *p.* 51. *t.* 55.  
*Habitat in Europæ alpinis sylvis.*  
*Avis proterva. sæpe carnivora.*

49. CORACIAS. *Rostrum* cultratum apice incurvato, basi pennis denudatum.  
*Lingua* cartilaginea, bifida.

- Garrulus. 1. C. cærulea, dorso rubro, remigibus nigris. Corvus dorso sanguineo, remigibus nigris, rectricibus viridibus. *Fn. fec.* 73.  
 Cornix cærulea. *Gesn. av.* 335. *Aldr. ornith.* 1. 12. *c.* 18. & 5. *Will. orn.* 85. *t.* 20.  
 Garrulus argentoratensis. *Raj. av.* 41. *Edw. av.* 109. *t.* 109.  
*Habitat in Europa, viclitans Scarabæis, Ranis.*

- caffra. 2. C. cærulea. remigibus margine exteriori luteis.  
*Habitat in Æthiopia. J. Burmannus.*  
*Femina cærulefcente-nigra est.*

- Oriolus. 3. C. flava alis caudaque nigris.  
 Ampelis flava, artibus nigris, rectricibus quinque exterioribus retrorsum flavis. *Act. Stockh.* 1750. *p.* 127. *t.* 3. *f.* 5.  
 Oriolus. *Gesn. av.* . . .

Galbula. *Aldr. orn.* 854. *t.* 857. 858.

Galbula benghalensis. *Edw. av.* 185. *t.* 185.

Picus nidum suspendens. *Will. orn. . . t.* 36. *f.* 6. & *t.* 38.  
*f.* 4. *Jonst. av.* 112. *t.* 41. *f.* 8. *Raj. av.* 68.

Flava avis benghalensis. *Alb. av.* 3. *p.* 19. *t.* 20.

*Habitat in Europa, Asia, migratoria avis.*

Galbula. 4. *C. fulva*, capite dorso remigibusque nigris.

*Icterus ex aureo nigroque varius.* *Catesb. car.* 1. *p.* 48.  
*t.* 48.

*Habitat in America.*

aurea. 5. *C. flavo-fulva*, gula tectricibus primariis extremitateque  
rectricum nigris.

*Paradisea flavo-fulva.* *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 15.

*Paradisea aurea.* *Edw. Av.* 112. *t.* 112.

*Habitat in Asia.*

Xanthor-6. *C. flava*, capite remigibusque primoribus nigris.

nus. *Icterus indicus*, capite nigro. *Edw. av.* 77. *t.* 77.

*Xanthornus major*, nigro varius. *Broun. jam.* 477.

*Pica luteo nigra varia.* *Catesb. car.* 3. *p.* 5. *t.* 5.

*Habitat in America.*

50. GRACULA. *Rostrum* convexo-cultratum, basi  
nudiufculum.

*Lingua* integra, acutiufcula, carnofa.

*Pedes* digitis anticis 3, postico 1.

religio- 1. *G. nigro violacea*, macula alarum alba. fascia occipi-  
fa. tis nuda flava.

*Corvus javanensis.* *Osborn. iter.* 102.

*Sturnus indicus.* *Bont. jav.* 67. *Will. orn.* 145. *t.* 38. *Raj.*  
*av.* 68.

Minor f. Mino. *Edw. av.* 17. *t.* 17. *Alb. av.* 2. *p.* 35.  
*t.* 38.

*Habitat in Asia.*

foetida. 2. *G. nigra*, remigibus extus cærulescentibus, fascia collari  
nuda.

*Habitat in America.* *Rolander.*

Magnitudo *Picæ*. Corpus nigrum, at Alæ compositis remigibus extus cærulefcntes absque alba macula. Rectrices æquales. Caput nigrum, plumis crectis brevissimis quasi holosericeum. Rostrum fere Cuculi. Nares ovate nudæ. Lingua integra carnesa acuta. Pedes tetradactyli: uno postico.

- Barita. 3. G. subgrisea. humeris cæruleis, remigibus extus viridibus.  
*Habitat in Americæ Musis. cujus fructus devastat. Rolandcr.*  
 Rostrum breviusculum. cultratum, nigricans, basi nudum. subtus albicans. Alæ complicatis remigibus virides; explicatæ remiges intus nigræ. Cauda rotundata, viridis dum complicata.
- crifattel- 4. G. nigra, remigibus primoribus basi rectricibusque apice albis, rostro flavo.  
*Sturnus chinensis niger. Edw. av. 19. t. 19.*  
*Habitat in China.*
- Saularis. 5. G. nigro-cærulefcens, abdomine macula alarum re-  
 ctricibusque lateralibus albis.  
*Pica minor benghalensis. Edw. av. 181. t. 181.*  
*Dialbird. Alb. av. 3. p. 17. t. 17. 18.*  
*Saularis maderaspatanus. Raj. av. 197. t. 2. f. 19. 20.*  
*Habitat in Asia.*
- Quifcu- 6. G. nigro-violacea, cauda subcuneiformi.  
 la. *Monedula purpurea. Catesb. car. 1. p. 12. t. 12.*  
*Merops niger. viridi (\*) argentea. Brown. jam. 476.*  
*Habitat in America septentrionali.*  
*Virginianis invisa avis: aqua & igne interdicta, sed injule.*
- Atthis. 7. G. viridi-cærulea, abdomine ferrugineo, pedibus fanguineis.  
*Corvus (ægyptius) viridi maculatus, dorso medio cæruleo.*  
*Haffelq. iter. 140. n. 20.*  
*Habitat in Egypto.*

51. PARADISÆA. *Rostrum* basi plumis tomentosis  
tectum.

*Pennæ* hypochondriorum lon-  
giores.

apoda. 1. P. pennis hypochondriis corpore longioribus, rectrici-  
bus intermediis longis setaceis.

Paradifæa lutea, cauda pectore abdomineque brunneis, gu-  
la azurea. *It. Wgoth.* 139. *Muf. Ad. Fr.* 1. p. 15.

Paradifæa avis. *Cluf. exot.* 360. t. 360. *Olear. muf.* 24.  
t. 13. f. 1. *Seb. muf.* 1. p. 24. t. 13. f. 1. *Hern.*  
*mex.* 317. t. 318. *Worm. muf.* 294. f. 294. *Bradl.*  
*nat.* t. 12. f. 1. 2.

Manucodiata major. *Edw. av.* 110. t. 110. *Marcgr.*  
*braf.* 201. *Raj. av.* 21. n. 7.

*Habitat in India; gregaria.*

*Cirrho* 2 caudæ apice attenuati, nudi, recti.

*Apodam perperam dixere veteres; victitat Papilionibus maximis.*

regia. 2. P. cirrhis caudalibus filiformibus apice lunato-penna-  
ceis. *Muf. Ad. Fr.* 1. p. 15.

Rex avium paradifæarum. *Pet. gaz.* 1. t. 53. f. 2.

*Cluf. exot.* 362. t. 362. *Olear. muf.* 24. t. 13. f. 2.

*Raj. av.* 22. n. 10. *Seb. muf.* 1. t. 38. f. 5. *Edw.*  
*av.* 111. t. 111.

*Habitat in India orientali.*

*Purpurea pectorali cærulescente; cirrho caudæ longiffimi; Pennæ sub alis sunt reliquis longiores, licet cauda breviores. (\*)*

52. CUCULUS. *Rostrum* teretiufculum.

*Nares* margine prominulæ.

*Lingua* fagittata, plana, integra.

canorus. 1. C. cauda aequali nigricante albo punctata. *Fn. fvec.* 77.

Cuculus. *Gesn. av.* 363. *Aldr. ornith.* l. 5. c. 107.

*Bell. av.* 22:6. *Will. ornith.* 62. t. 77. *Frisch. av.*

4. t. 40, 41, 42. *Raj. av.* 23. *Alb. av.* 1. p. 8. t. 8.

*Olin. av.* 38.

*Habi-*

(\*) *Paradifæas fictas* (Seb. muf 1. t. 60. f. 1, 2, 3), e *Pittacis* aliisque vendit sæpe *Mufeis aftus chinensium.*



*Habitat in Europa; viſitat Larvis.*

*Ova ſua aliarum avicularum nidis imponit, cubandi impotens; variat ætate, ſexu; tempore frondeſcentiæ, floreſcentiæ. groſſificationis cuculat; occultatur caniculæ ortu: in falconem transformari perperam affectitur.*

- Perfa. 2. C. cauda æquali, capite criſta erecta, remigibus primoribus rubris.  
 ° Touraco. *Alb. av. 2. p. 19. t. 19. Edw. av. 7. t. 7. Habitat in Africa.*  
*Antice viridis, poſtice ſubviolaceus. remigibus primoribus rubris; linea alba ſupra & infra palpebras ſanguineas.*
- Vetula. 3. C. cauda cuneiformi. corpore ſubfulco: ſubtus teſtaceo, ciliis rubris.  
 Cuculus major. *Sloan. jam. 2. p. 312. t. 258. f. 1, 2.*  
 Cuculus major olivaceus, cauda longiore, ciliis rubris.  
*Brown. jam. 476.*  
 Picus major leucophæus ſ. caneſcens, pluviæ avis & Senex dictus. *Raj. av. 182.*  
*Habitat in Jamaica.*  
*Voce clamofiore pluviam præſagit.*
- glandarius. 4. C. cauda cuneiformi, capite ſubcriſtato, fascia oculari nigra.  
 Cuculus fulvus maculatus. *Edw. av. 57. t. 57.*  
*Habitat in Africa ſeptentrionali & Europa australi.*  
 Dorfum ſuſcum. *Alæ albo punctatæ. Subtus teſtaceus eſt. Caput cinereum, ſubcriſtatum. Linea nigra trans oculos.*
- ſcolopaceus. 5. C. cauda cuneiformi, corpore undique grifeo fulcoſo, que nebuloso.  
 Cuculus indicus fulcus maculatus. *Edw. av. 59. t. 59.*  
*Habitat in Benghala.*
- niger. 6. C. cauda cuneiformi. corpore nigro nitido, roſtro flavo.  
 Cuculus indicus niger. *Edw. av. 58. t. 58.*  
*Habitat in Benghala.*
- americana. 7. C. cauda cuneiformi, corpore ſupra cinereo: ſubtus albo, maxilla inferiore lutea.

Cuculus carolinianus. *Catesb. car.* 9. t. 9.  
*Habitat in Carolina.*

auratus. 8. C. cauda subforcipata. gula pectoreque nigris, nucha rubra.

Picus major, alis aureis. *Catesb. car.* 1. p. 18. t. 18.  
*Habitat in Carolina.*

Cauda refert Picum. *Avis varia pulchra; rachis remigum primorum aurea.*

53. JYNX. *Rostrum* teretiusculum, acuminatum.  
*Nares* concavæ.  
*Lingua* teres. lumbriciformis. longissima, apice mucronata.

Torquill- 1. JYNX.

la. Cuculus subgrifeus maculatus, rectricibus nigris fasciis undulatis. *Fn. fvec.* 78. t. 1. f. 78.

Jynx f. Torquilla. *Bell. av.* 76. a. *Gefn. av.* 573.  
*Aldr. ornith.* 1. 12. c. 42. *Jonst. av.* . . t. 42. *Will. orn.* 95. t. 22. *Raj. av.* 44. *Rudb. lapp.* 66. t. 66.  
*Alb. av.* 1. p. 11. t. 21. *Frisch. av.* . . t. 38.

*Habitat in Europa.*

54. PICUS. *Rostrum* polyedrum, rectum: apice cuneato.

*Nares* pennis fetaceis obtectæ.

*Lingua* teres, lumbriciformis, longissima, mucronata, apice retrorsum aculeata fetis.

martius. 1. P. niger, pileo coccineo. *Faun. fvec.* 79.

Picus niger maximus. *Gefn. av.* 708. *Aldr. orn.* 1. 12. c. 31. *Will. ornith.* 22. t. 21. *Raj. av.* 42. *Alb. av.* 2. p. 26. t. 27. *Frisch. av.* t. 34. f. 1.

*Habitat in Europa, vix in Anglia.*

*Arbores emortuas conscindit.*

- principa- 2. *P. niger*, crista coccinea, linea utrinque collari remigi-  
lis. busque secundariis albis.  
*Picus maximus*, rostro albo. *Catesb. car.* 1. *p.* 16. *t.* 16.  
*Habitat in America septentrionali.*
- pileatus. 3. *P. niger*, capite cristato rubro, temporibus alisque al-  
bis maculis.  
*Picus niger maximus*, capite rubro. *Catesb. car.* 2. *p.*  
17. *t.* 17. *Kalm. itin.* 2. *p.* 271.  
*Ipecu. Marcgr. bras.* 207.  
*Habitat in America.*  
*Differt a P. cornicino, quod tempora alba; maculae ali-*  
*quot parvæ in alis albæ: caput magis late coccineum.*
- hirundi- 4. *P. niger*, occipite coccineo, humeris albido punctatis.  
naceus. *Picus secundus niger.* *Alb. av.* 3. *p.* 22. *t.* 23.  
*Habitat in America septentrionali.*  
*Magnitudine vix Hirundinem superat.*
- erythro- 5. *P. capite toto rubro, alis caudaque nigris, abdomi-*  
cephalus. *ne albo.*  
*Picus capite toto rubro.* *Catesb. car.* 1. *p.* 20. *t.* 20.  
*Habitat in America.*
- caroli- 6. *P. pileo nuchaque rubris, dorso fasciis nigris, rectrici-*  
nus. *bus mediis albis nigro punctatis.*  
*Picus ventre rubro.* *Catesb. car.* 1. *p.* 19. *t.* 19. *f.* 2.  
*Habitat in America septentrionali.*  
*Ani regio rubra punctata.*
- viridis. 7. *P. viridis*, vertice coccineo. *Fn. fœcc.* 80.  
*Picus viridis.* *Gesf. av.* 710. *Aldr. ornith.* 1. 12. *c.* 34.  
*Will. ornith.* 93. *t.* 21. *Raj. av.* 42. *Alb. av.* 1. *p.*  
18. *t.* 18. *Frisch. av.* . . *t.* 35. *f.* 1.  
*Habitat in Europa.*
- bengha- 8. *viridis, occipite rubro, nucha nigra, subtus anticeque*  
lenfis. *albus nigro maculatus.*  
*Picus benghalensis.* *Alb. av.* 3. *p.* 21. *t.* 22. *Edw. av.*  
182. *l.* 182.  
*Habitat in Benghala.*

H

Habi-

Pici *Larvas insectorum lignum intus rodentium rostro secante, sono terrefaciente, au-*  
*ditu percipiente, lingua acuta hastata intrante extrahunt, de qua Act. angl.*  
350. *p.* 509.

Habitus *P. viridis sed dilutior; facie antice, collo subtus, pectore albis maculis nigris. Cauda nigra. Occiput cristula rubra.*

femiro- 9. *P. maxilla superiore brevior. Mus. Ad. Fr. 1. p. 16.*  
fris. *Habitat in India.*

major. 10. *P. albo nigroque varius, ano occipiteque rubro.*  
*Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus laterali-*  
*bus utrinque albescens. Fn. fvec. 81.*  
*Picus varius major. Gesn. av. 708. Aldr. ornith. l. 12.*  
*c. 32. Will. orn. 94. t. 21. Raj. av. 43. Alb. av. 1.*  
*p. 19. t. 19. Frijch. av. . . t. 36. f. 1.*  
*Habitat in Europa.*

medius. 11. *P. albo nigroque varius, ano verticeque rubris.*  
*Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus*  
*apice albo variegatis. Fn. fvec. 82.*  
*Picus varius minor. Gesn. av. 708. Aldr. orn. l. 12.*  
*c. 33. Will. ornith. 92. t. 21. Raj. av. 43. Has-*  
*selqv. iter. 242.*  
*Habitat in Europa.*

minor. 12. *P. albo nigroque varius vertice rubro, ano albido.*  
*Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus laterali-*  
*bus seminigris. Fn. fvec. 83. Hasselqv. iter. 242.*  
*Picus varius tertius. Raj. av. 43.*  
*Picus varius minor. Alb. av. 1. p. 20. t. 20.*  
*Habitat in Europa.*

tridactyl-13. *P. albo nigroque varius, pedibus tridactylis. Fn. fvec.*  
lus. 84. *Act. Stockh. 1740. p. 222.*  
*Picus tridactylus. Edw. av. 114. t. 114.*  
*Picus tridactylos anomalus. Mus. petrop. 368.*  
*Habitat in Svecia ad Alpes Lapponicas, Dalekarlicas*  
*frequens & ad finum Hudsonis nec non in Sibiria.*  
*Europæus vertice flavo, Americanus rubro est. Ani*  
*regio albida.*

55. SITTA. *Rostrum* subcultrato - conicum, rectum, porrectum: integerrimum, mandibula superiore obtusiuscula.  
*Lingua* lacero-emarginata.

europæa. 1. S. reatricibus nigris: lateralibus quatuor infra apicem albis. *En. jvcc.* 182.

Sitta f. Picus cinereus. *Gesn. av.* 711. *Aldr. orn.* 1. 12. c. 38. *Will. ornith.* 98. t. 33. *Raj. av.* 47. *Alb. av.* 2. p. 27. t. 28. *Frisch. av.* . . t. 39. f. 2.

3. Sitta capite nigro & Sitta capite fusco. *Catesb. carol.* 1. p. 22. t. 22.

*Habitat in Europæ, Americæ truncis arborum larvas sub cortice effodiens: Nuces rostro perforat & edit. Nidum struens reperto congruo foramine arboris. illud limo oblinat pro capacitate ingressus.*

56. ALCEDO. *Rostrum* trigonum, crassum, rectum, longum.  
*Lingua* carnofa, brevissima, plana, acuta.

Isipida. 1. A. brachyura, supra cærulea, subtus fulva.

Isipida supra cærulea, subtus ferruginea. *Muf. Ad. Fr.* 1. p. 16.

Isipida. *Raj. av.* 48. n. 1. *Olin. av.* 39. *Aldr. orn.* 1. 20. c. 61.

Isipida indica minor. *Edw. av.* 11. t. 11. *Alb. av.* 1. p. 51. t. 54.

Alcedo americana f. Apiastra. *Seb. muf.* 1. p. 87. t. 53. f. 3.

*Habitat ad maris littora in Europa, Asia.*

erithaca. 2. A. brachyura, dorso cæruleo, abdomine luteo, capite uropygioque purpureo, gula nucaque albis.

Alcedo benghalensis. *Alb. av.* 3. p. 28. t. 29.

*Habitat in Benghala.*

Alcyon. 3. A. brachyura nigra, abdomine albo, pectore ferrugineo.

Alcyon. *Catesb. car.* 1. p. 69. t. 69. *Raj. av.* 49. n. 2. & 184. n. 14.

*Ispida carolinienfis.* *Edw. av.* 115. *t.* 115.

*Jaguacati guacu.* *Maregr. bras.* 194.

*Habitat in America.*

*Rostrum capite longius, validum f. Picæ. Macula alba ante & post oculos. Lingua brevissima, carnosæ. acuta, plana. Corpus nigrum. Pennæ capitis longiores. Remiges nigræ, apice albæ: exterioribus minoribus; omnes latere interiore albo maculatæ. Rectrices 12, æquales, utrinque albo maculatæ. Gula alba. Pectus & Abdomen alba, sed Pectus antice fascia ferruginea. Femora ferruginea. Tibiæ brevissimæ. Digitus extimus connexus cum intermedio.*

Todus. 4. *A. brachyura viridis, gula fanguinea, abdomine albo. Rubecula viridis elegantissima. Edw. av.* 121. *t.* 121.

*f. 1. Sloan. jam.* 2. *p.* 306. *t.* 263. *f. 1. Raj. av.* 187.

*Todus viridis, pectore rubro, rostro recto. Brown. jam.* 476.

*Habitat in America.*

*Genus dubium & quasi medium inter Alcedinem & Trochilum.*

Smyrnen-5. *A. macroura ferruginea, alis cauda dorsoque viridibus. fis. Alcedo smyrnenfis. Alb. av.* 3. *p.* 26. *t.* 27.

*Ispida major africana. Edw. av.* 8. *t.* 8.

*Habitat in Africa & Asia.*

*Confer. Alcedo major benghalensis. Alb. av.* 3. *p.* 271. 28.

rudis. 6. *A. macroura fusca albido varia.*

*Alcedo rudis. Haffelqv. iter.* 243. *n.* 22.

*Ispida ex albo & nigro varius. Edw. av.* 9. *t.* 9.

*Habitat in Persia, Ægypto.*

*Cauda æqualis albida fascia lineari lataque nigra.*

Dea. 7. *A. rectricibus duabus longissimis, corpore nigro-cærulefcente, alis virefcentibus.*

*Alcedo binis plumis in cauda longissimis. Edw. av.* 10. *t.* 10.

*Avis paradisiaca ternatana. Sch. mus.* 1. *p.* 74. *t.* 46. *f.* 3<sup>2</sup>

*Habitat Surinami.*

57. MEROPS. *Rostrum* curvatum, compressum, carinatum.

*Lingua* apice laciniata.

*Digiti* infimo articulo coadunati: postico distincto.

Apiaster. 1. M. dorso ferrugineo, abdomine caudaque viridi-cærulefcente. rectricibus duabus longioribus.

Merops. *Bell. av.* 16. *Gesn. av.* 599. *Aldr. ornith. l.* 12. *c.* 45. *Will. ornith.* 102. *t.* 24. *Raj. av.* 49. *Alb. av.* 2. *p.* 40. *t.* 44. *Charl. onom.* 87. *t.* 87.

Merops galikæus. *Haffelq. iter.* 247.

Isipida. *Fu. Svec.* 86.

*Habitat in Europa australi, Oriente.*

*Gregaria visitat Cicadis, Apibus.*

viridis. 2. M. dorso ferrugineo, abdomine alisque viridibus, gula caudaque cæruleis.

Isipida viridis, supra ferruginea. *Osborn. iter.* 96.

Merops viridis, supra ferruginea. *Chin. lagerflr.* 5.

Merops benghalensis. *Alb. av.* 3. *p.* 29. *t.* 30.

Merops minor. caudæ 2. pennis longioribus & tenuioribus. *Edw. av.* 183. *t.* 183.

*Habitat in Java. Benghala.*

cinereus. 3. M. rubro flavoque variegatus. subtus flavo-rubescens, rectricibus duabus longissimis rubris.

Avicula de gvauheilui. *Seb. mus.* 1. *p.* 50. *t.* 30. *f.* 10.

*Habitat in America.*

cafer. 4. M. grifeus, ani regione flava. cauda longissima.

*Habitat in Æthiopia.*

*Inter pulchre delineatos icones animalium ultra 150, quas misit amicissimus J. Burmannus, visa est.*

58. UPUPA. *Rostrum* arcuatum, convexum, subcompressum.

*Lingua* obtusa, integerrima, triquetra, brevissima.

Epops. 1. U. cristata variegata.

Upupa. *Fn. jvcc.* 85. *Bell. av.* 72: a. *Gesn. av.* 776. *Aldr. ornith.* l. 17. c. 11. *Jonst. av.* . . t. 42. *Will. ornith.* 100. t. 24. *Raj. av.* 48. *Alb. av.* 2. p. 39. t. 42. 43. *Frisch. av.* t. 43. *Charl. onom.* 63. t. 63. *Olin. av.* 36.

*Habitat in Europæ fylvis.*

*Terrefacta cristam erigit.*

paradi- 2. U. rectricibus duabus longissimis.  
fea. *Avis paradisiaca Manucodiata cristata orientalis.* *Sch. mus.* 1. p. 40. t. 30. f. 5.  
*Habitat in Asia.*

Eremita. 3. U. viridis, capite flavo, cervice jubata.  
*Corvus fylvaticus.* *Gesn. av.* 351. *Aldr. orn.* l. 19. c. 57.  
*Eremita montanus helveticus.* *Alb. av.* 3. p. 16. t. 16.  
*Habitat in Helvetia.*

Pyrrho- 4. U. atra, rostro pedibusque rubris.  
corax. *Monedula Pyrrhocorax.* *Hasselqv. iter.* 238.  
*Coracias f. Pyrrhocorax.* *Aldr. orn.* l. 12. c. 8. *Will. orn.*  
86. l. 19. *Raj. av.* 40. n. 6. *Alb. av.* 2. p. 23. t. 24.  
*Habitat in Angliæ, Ægypti maritimis.*

59. CERTHIA. *Rostrum arcuatum, tenue, sub-*  
*trigonum.*  
*Lingua acuta.*

familia- 1. C. supra grifea, subtus alba, remigibus fuscis: decem  
ris. macula alba.  
*Certhia.* *Fn. jvcc.* 213. *Gesn. av.* 251. *Aldr. ornith.*  
l. 12. c. 44. *Bell. av.* 98. a. *Will. orn.* 100. t. 23.  
*Raj. av.* 47. n. 5. *Alb. av.* 3. p. 24. t. 25. *Frisch. av.*  
39. f. 1.  
*Habitat in Europæ arboribus reptans; ova 20. parit.*  
*Remiges 4-14. macula transversa alba notata.*

pufilla. 2. C. supra grifea, subtus alba, rectricibus fuscis: extimis  
apice albis.  
*Certhia fusca minor.* *Edw. av.* 26. l. 26.  
*Habitat in India.*

cærulea. 3. C. cærulea, remigibus rectricibusque nigris.  
*Certhia cærulea.* *Edw. av.* 21. t. 21.

*Habi-*



*Habitat* Surinami.

*Rostrum* huic longius quam in congeneribus.

4. *C. nigro-cærulefcens*, fubtus alba, vertice, cervice, dorso uropygioque rubris.

*Certhia minor*. ex albo nigro & rubro varia. *Edw. av.* 81. t. 81.

*Habitat* in Benghala.

5. *C. nigra*, uropygio pectoreque luteo, superciliis macula alarum rectricumque apicibus albis.

*Luscinia* f. *Philomela* e fusco & luteo varia. *Sloan. jam.* 2. p. 307. t. 259. *Raj. av.* 187. n. 45. *Edw. av.* 122. t. 122.

*Habitat* in America.

60. TROCHILUS. *Rostrum* fubulato - filiforme, incurvatum, capite longius: Mandibula superior vaginans inferiorem.

*Lingua* filiformis, bipartito - tubulofa.

\* *Macrouri* 1 - 5.

1. *T. curvirostris ruber*, alis cæruleis, capite cristato, rectricibus duabus longissimis.

*Mellivora avis cristata* cum duobus pennis longis in cauda. *Sch. mus.* 1. p. 97. t. 61. f. 4.

*Habitat* in Mexico.

2. *T. curvirostris*, corpore viridi, alis cæruleis, rectricibus nigris: intermediis longissimis.

*Habitat* in Æthiopia. *J. Burmannus.*

3. *T. curvirostris*, rectricibus intermediis longissimis, corpore rubro, capite fusco, gula aurata uropygioque viridi.

*Mellivora major rubra*, cauda longa. *Edw. av.* 32. t. 32. f. 2.

*Habitat* in Indiis.

- Polyt- 4. *T. curvirostris*, rectricibus lateralibus longissimis, corpo-  
mus. re virescente, pileo rectricibusque fuscis.  
Polytmus viridans aureo varie splendens, pinnis binis u-  
ropygii longissimis. *Brown. jam.* 475.  
Mellivora capite nigro, cauda longa. *Edw. av.* 34. t.  
34. *Alb. av.* 3. p. 45. t. 49. f. 1?  
Mellivora avis maxima. *Sloan. jam.* 2. p. 309. t. 264. f. 4.  
*Habitat in America.*
- forfica- 5. *T. curvirostris*, rectricibus lateralibus longissimis, cor-  
tus. pore viridi, pileo rectricibusque cæruleis.  
Polytmus major nigricans aureo varie splendens, pennis  
binis uropygii longissimis. *Brown. jam.* p. 475.  
Mellivora viridis, cauda longa. *Edw. av.* 33. t. 33.  
Mellivora avis minima. *Sloan. jam.* 2. p. 307. t. 264.  
f. 1. *Raj. av.* 187.  
*Habitat in Jamaica.*  
*Pennæ longissimæ basi suffultæ supra & infra pennula  
rigida.*  
\* \* *Brachyuri* 6 - 18.
- Colubris. 6. *T. rectricibus* nigris: lateralibus tribus apice albis, gu-  
la rubra.  
Mellivora avis carolinensis. *Catesb. car.* 1. p. 65.  
t. 65.  
Mellivora gula rubra. *Edw. av.* 38. t. 38.  
*Habitat in America, imprimis septentrionali.*
- Ouriffia. 7. *T. rectricibus* subæqualibus fusco-aureis, corpore aura-  
to, remigibus nigris.  
*Habitat in Indiis.*
- Mofqui- 8. *T. rectricibus* æqualibus ferrugineis: extimis apice fu-  
tus. scis, corpore nigro-aureo, remigibus nigris. *Muf. Ad.*  
*Fr.* 2. p.  
*Habitat in Indiis.*
- holoferi- 9. *T. curvirostris* rectricibus æqualibus supra nigris, corpo-  
ceus. re supra viridi, pectore cæruleo, abdomine nigro.  
Mellivora viridis, ventre nigro. *Edw. av.* 36. t. 36.  
*Habitat in America.*

- mellifugus. 10. T. reſtricibus æqualibus cæruleis, corpore viride aureo, remigibus atro-cæruleſcentibus. *Muf. Ad. Fr. 2. p. .*  
*Habitat in Indiis.*
- Tomineo. 11. T. reſtricibus ſubæqualibus baſi ferrugineis apice albis, corpore ſupra fuſco ſubtus albo. *Muf. Ad. Fr. 2. p. .*  
Ouriſſia ſ. Tomineo. *Cluſ. exot. 96.*  
*Habitat in America.*  
*Hanc feminam T. colubris (6.) putat Edw. av. t. 38.*
- furina- 12. T. reſtricibus ferrugineis, remigibus nigris, corpore  
menſis. aureo ſubtus albicante.  
*Habitat in America.*
- niger. 13. T. reſtricibus ſubæqualibus, corpore nigro ſubtus au-  
*Habitat in America australi.*

*Unguis posticus rectus, digito longior. Pollex unius articuli infistens. Remiges virides.*

83. RALLUS. *Rostrum* basi crassius, compressum,  
 dorso attenuatum apicem versus,  
 æquale, acutum.

*Pedes* tetradactyli, fissi.

*Corpus* compressum.

Crex. 1. R. alis rufo-ferrugineis.

*Ortygometra* alis rufo-ferrugineis. *Fn. fvec.* 162.

*Ortygometra.* *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 23. *Will. orn.* 522.  
*t.* 29. *Raj. av.* 58. *Alb. av.* 1. *p.* 30. *t.* 32.

*Habitat in Europæ agris, carectis: vicinitat Lumbri-*  
*cis.*

*Corpus valde compressum; vesperi & nocte sonorus voce*  
*ingeminata crex.*

aquaticus. 2. R. alis griseis fusco-maculatis. hypochondriis albo-maculatis, rostro luteo.

*Rallus aquaticus.* *Alb. av.* 1. *p.* 73. *t.* 77. *Will. orn.*  
 234. *Aldr. orn.* . . . *Raj. av.* 113. *n.* 2.

*Ortygometra* alis fuscis. *Syfl. nat.* 25.

*Habitat in Europa.*

lariformis. 3. R. subtus albido-flavescentis, cervice cærulescenti maculato. digitis marginatis. †

*Larus fissipes.* *Alb. av.* 2. *p.* 75. *t.* 82.

*Rallus cinereus* facie *Lari.* *Klein. av.* 103.

*Habitat in Europa.*

*Cauda huic longiuscula; ideoque anceps genus.*

benghalensis. 4. R. corpore vertice oculisque albis. capite colloque nigris, alis dorsoque viridibus, remigibus primariis rubro-maculatis.

*Rallus benghalensis.* *Alb. av.* 3. *p.* 85. *t.* 90.

*Habitat in Asia.*

carolinus. 5. R. grisea, fronte nigra, pectore plumbeo, rostro flavo, pedibus virescentibus.

Gallinula minor canadensis. *Edw. av.* 144. *t.* 144.  
*Catesb. car.* 1. *p.* 70. *t.* 70.  
*Habitat in America septentrionali.*

84. PSOPHIA. *Rostrum* cylindrico-conicum, convexum, acutiusculum, mandibula superiore longiore.  
*Nares* ovatæ patulæ.

crepitans. 1. PSOPHIA.

*Pfophia crepitans nigra*, pectore columbino. *Barr. av.* 62.  
*Gallina sylvatica crepitans*, pectore columbino. *Barr. æquin.* 132.  
*Gallina sylvestris Macucagua.* *Raj. av.* 53.  
*Macucagua.* *Maregr. bras.* 213. *Pif. bras.* 88.  
*Habitat in America meridionali.*  
*Rostro mustitans respondet per anum.*

85. OTIS. *Rostrum* mandibula superiore fornicata.  
*Lingua* bifida.  
*Pedes* tridactyli absque postico.

Tarda. 1. O. jugulo utrinque cristato.

*Tarda.* *Dodart. mem.* 3. *p.* 309. *Edw. av.* 73. *t.* 73.  
 74. *Alb. av.* 3. *p.* 36. *t.* 38. 39.  
*Otis f. Tarda avis.* *Raj. av.* 38. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 12. *Edw. av.* 73. *t.* 73. 74.  
*Habitat in Poloniæ, Orientis campis; migrat per Belgium, Angliam. Mensis eximia.*

arabs. 2. O. auribus erecto-cristatis.

*Otis arabica.* *Edw. av.* 12. *t.* 12.  
*Habitat in Oriente.*  
*Supra scolopacina, subtus albida. Aures nigræ. Cauda fascia fusca.*

Tetrax. 3. O. capite juguloque lævi.

*Anas campestris.* *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 41. *Raj. av.* 59.  
*Tetrax.* *Bell. av.* . . . *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 13.  
*Habitat in Europa, imprimis in Gallia.*

- afra. 4. *O. nigra*, dorso cinereo, auribus albis.  
*Habitat in Æthiopia I. Burmannus.*  
*Maris Rostrum & Pedes flavi. Vertex cinereus. Alarum margo exterior albus. Femina tota cinerea. exceptis femoribus abdomineque atris.*
86. STRUTHIO. *Rostrum conicum.*  
*Alæ ad volandum ineptæ.*
- Camelus. 1. *S. pedibus didactylis.*  
 Struthio-Camelus. *Aldr. orn. l. 9. c. 2. Dodart. mem. 335. Seb. mus. 1. t. 51. f. 6. Will. ornith. 104. t. 25. Raj. av. 36. Alb. av. 3. p. 30. t. 31.*  
*Habitat in Syria, Arabia, Lybia, Africa.*  
*Spina sub humeris armatur. maxima Avium; Palpebra utraque ciliata. Exterior digitus muticus. Pennæ lanatæ pro galeis bellicis cristaque castrensi. Ova sæpe 50, candida, lævia, in arena excludenda deserta. Job. 39: 16.*
- Cafuarius. 2. *S. pedibus tridactylis, vertice palearibusque nudis.*  
 Cafuarius. *Olear. mus. 23. t. 13. f. 2. Alb. av. 2. p. 56. t. 60.*  
 Emeu. *Dodart. mem. 377. Raj. av. 36. Cluf. exot. 98. Bont. jav. 71. Will. ornith. 105. t. 25. Worm. mus. . . Jonst. av. 172. t. 56. Aldr. orn. l. 20. t. 541.*  
*Habitat in Asia, Sumatra, Molucca, Banda.*  
*Callus elevatus quasi diadema verticis. Palearia 2 sub collo: Collum a tergo nudum. Ungue intermedio majore ferit: ova punctis excavatis.*
- americanus. 3. *S. digito postico rotundato mutico.*  
 Struthio Camelus americanus. *Raj. av. 36.*  
 Nhanduguacu brasiliensibus. *Maregr. bras. 190. Pif. bras. 84.*  
*Habitat in America australi.*
- cucullatus. 4. *S. pedibus tetradactylis, omnibus unguiculatis.*  
 Gallus gallinaceus peregrinus. *Cluf. exot. 99. t. 100.*  
*Olear. mus. 23. t. 13. f. 5.*  
 Cygnus cucullatus. *Nieremb. nat. 231. Raj. av. 37.*  
 Dronte. *Bont. jav. 70.*  
*Habitat in India.*

## V. GALLINÆ.

*Rostrum convexum: mandibula superiore fornicata, margine extra inferiorem dilatato.*

*Nares membrana cartilaginea convexa semitectæ.*

87. PAVO. *Caput pennis rectis revolutis tectum.*  
*Pennæ dorsales elongatæ.*

criftatus. 1. P. capite crifta erecta.

Pavo cauda longa. *Fn. fucc.* 163.

Pavo. *Gefn. av.* 656. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 1. *Jonst. av.* 56. *t.* 22. *Will. orn.* 112. *t.* 27. *Raj. av.* 51.

*Habitat in India orientali, Zeylona.*

*Mas remigibus primoribus ferrugineis, ejulans, vindicans, superbus, togam dorsalem gemmantibus ocellis, naturæ miraculo pictam erigendamque, tertio anno acquirat, qua nihil pulchrius, sub canicula dejecit. Femina curat pullos in proximas nuptias. Sambuci floribus occiditur.*

bicalcaratus. 2. P. capite lævi, calcaribus duobus.

Phasianus pavonicus chinensis. *Edw. av.* 67. *t.* 67. & *t.* 69. *f.* 1.

*Habitat in China.*

*Pennæ verticis revolutæ. Pennæ posterioris dorſi longæ ocellis pavoninis indicant hoc genus.*

88. MELEAGRIS. *Caput carunculis ſpongioſis tectum.*

Gallo-pavo. 1. M. capite caruncula frontali, criftaque gulari, maris pepectore barbato.

Meleagris. *Fn. fucc.* 164.

Gallo-pavo fylveſtris novæ angliæ. *Raj. av.* 51. *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 35.

β. Gallopavo. *Gefn. av.* 482. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 4. *Bcll. av.* 60. *a.* *Jonst. av.* 58. *t.* 24. *Will. orn.* 113. *t.* 27. *Raj. av.* 51.

γ. Gal-

- γ. Gallopavo cristatus. *Alb. av.* 2. p. 30. t. 33.  
*Habitat in America septentrionali.*  
*Mas exæluat inflato pectore. expansa cauda. sanguinea facie. relaxata frontis caruncula: iræ tenax; Sapidæ caro. Rectrices XVIII. Barba pectoris tertio anno excrefcit.*

cristata. 2. M. capite pennis erectis cristato. temporibus violaceis.

Quan f. Guan. *Edw. av.* 13. t. 13.

Jacupema. *Marcgr. bras.* 198.

Coxolitli. *Hern. mex.* . . .

Phasianus brasiliensis. *Raj. av.* 56.

*Habitat in America australi.*

Gula caruncula compressa rubra ut in antecedente. capite supra crista oblonga pennacea.

Satyra. 3. M. capite cornubus duobus, corpore rubro punctis nigris albo fœtis. †

Phasianus cornutus. *Edw. av.* 116. t. 116.

*Habitat in Benghala.*

Frons nigra. Caruncula gularis cœrulea rufo variegata. Cornua duo cœrulea pone oculos enata.

89. CRAX. *Rostrum* basi cera obteetum.

*Pennæ* caput tegentes revolutæ.

nigra. 1. C. nigra. *Syfl. nat.* 27.

Gallus indicus. *Sloan. jam.* 2. p. 302. t. 260. *Dodart. mem.* 146.

Gallus indicus alius. *Aldr. orn.* . . .

Mitu f. Mutu. *Will. orn.* . . . t. 28. *Raj. av.* 52. *Marcgr. bras.* 194. 195.

Gallus curassavicus. *Aldr. av.* 2. p. 29. t. 31. 32.

*Habitat in America australi.*

rubra. 2. C. rubra, capite cœrulescente. †

Gallina peruviana rubra. *Alb. av.* 3. p. 37. t. 40.

*Habitat in America.*

*An varietas præcedentis?*

90. PHASIANUS. *Genæ cute nuda lævigata.*

- Gallus. 1. P. cauda compressa adscendente. *Fn. fvec.* 165.  
 Gallus gallinaceus f. Gallina. *Gefn. av.* 395. 340. *Aldr. orn. l.* 14. *c.* 1. *Will. orn.* 109. *t.* 26. *Raj. av.* 51.
- criflatus.* β. Gallina crista in vertice plumosa densissima. *Raj. av.* 51.
- ecaudatus* γ. Gallina cauda f. urogygio carens. *Raj. av.* 51.
- crifpus.* δ. Gallina frislandica. *Will. orn.* 110.  
 Gallina crispa. *Raj. av.* 51. *Aldr. orn. l.* 14. *p.* 329.
- pufillus.* ε. Gallus tibiis pennatis.  
 Gallina bentamensis. *Alb. av.* 3. *p.* 33. *t.* 33. 34.  
*Habitat in India Orientali: Pouli candor, &c.*  
*Gallus pugnax, superbus celsa crista, erecta falcataque cauda, vigil, plaudentibus lateribus canens gallicinia, salax* 10. *feminis sufficit. Gallina pulveratrix ova copiosa ponit, raro subventanea, nisi Capis associata; cibis expetita ova, caro, juscula galli senioris. Læditur baccis Sambuci; a pediculis liberatur pipere.*
- Meleagris. 2. P. vertice calloso, temporibus carunculatis.  
 Gallina vertice corneo. *Haffelqv. iter.* 274.  
 Gallus vertice corneo. *Syst. nat.* 28.  
 Gallina guinea. *Worm. musf.* 297.  
 Gallina africana. *Marcgr. brasf.* 78.  
 Gallus niger, maculis ovalibus & orbiculatis. *Barr. av.* 79.\*  
 Gallina guineensis. *Worm. musf.* 297. *t.* 297. *Olear. musf.* . *t.* 15. *f.* 3. *Raj. av.* 52. *Alb. av.* 2. *p.* 32. *t.* 35. *Will. orn.* 162. *t.* 26. *Aldr. av. l.* 14. *c.* 13.  
*Habitat in Africa.*
- colchicus. 3. P. rufus, capite cæruleo.  
 Phasianus. *Raj. av.* 56. *Alb. av.* 1. *p.* 24. *t.* 25. 26.  
*Olin. av.* 49. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 5.  
*Habitat in Africa, Asia.*  
*Principum mensis dicatus.*
- picus. 4. P. crista flava, pectore coccineo. remigibus secundariis cæruleis. *Amæn. acad.* 1. *p.* 282. *t.* 13.  
 Phasianus variis coloribus splendidus. *Edw. av.* 68. *t.* 68. & *t.* 69. *f.* 2.  
 Phasianus ruber, e china. *Alb. av.* 3. *p.* 34. *t.* 36.  
*Habitat in China.*



- nycthe- 5. P. albus, crista abdomineque nigris.  
 merus. Phasianus sinensis albus e nigro cæruleus. *Alb. av.* 3.  
*p.* 35. *t.* 37. *Edw. av.* 66. *t.* 66.  
*Habitat in China.*  
 Tempora nuda rubra. Maris crista nigra. Femina  
 grisea est.

91. TETRAO. *Supercilia* nuda, papillofa.

*Pedibus hirsutis.*

- Urogal- 1. T. pedibus hirsutis, reſtricibus exterioribus subbreviori-  
 lus. bus, axillis albis. *Fn. ſvcc.* 166.  
 Urogallus ſ. Tetrao major. *Gefn. av.* 491. *Aldr. orn.*  
*l.* 13. *c.* 6. *Will. orn.* 123. *t.* 30. *Raj. av.* 53.  
 Muſcovian. *Alb. av.* 2. *p.* 28. *t.* 29. 30.  
*Habitat in Europæ frigida pinetis paludofis.*  
*Exæſtuat in arboribus, eſflans tinnitu tamquam ecclafi*  
*corripitur.*
- Tetrix. 2. T. pedibus hirsutis, cauda bifurcata, remigibus ſecun-  
 dariis baſin verſus albis. *Fn. ſvcc.* 168.  
 Tetrao ſ. Urogallus minor. *Gefn. av.* 494. *Aldr. orn.*  
*l. c.* 7. *Will. orn.* 124. *t.* 31. *Raj. av.* 53. *Alb.*  
*av.* 1. *p.* 22. *t.* 22.  
*Habitat in Europæ frigida Ericctis, Betuletis.*  
*Exæſtuat in campis obmurmurans erecta cauda tumidis-*  
*que ſuperciliis, ſibilo eſflans; hieme sæpe nive ſepelitur;*  
*ova excludens odore privatur.*
- canaden- 3. T. pedibus hirsutis, reſtricibus nigris apice fulvis, litu-  
 ſis. ris duabus albis ad oculos.  
 Urogallus maculatus canadenſis. *Edw. av.* 118. *t.* 118.  
*mas. & 71. t. 71. femina.*  
*Habitat in Canada.*
- Lagopus. 4. T. pedibus lanatis, remigibus albis, reſtricibus nigris a-  
 pice albis: intermediis totis albis.  
 Tetrao reſtricibus albis: intermediis nigris apice albis.  
*Fn. ſvcc.* 169.  
 Lagopus. *Gefn. av.* 577. *Aldr. orn. l.* 13. *c.* 21. *Will.*  
*orn.* 127. *t.* 32. *Raj. av.* 55. *Edw. av.* 72. *t.* 72.  
*Habitat in Europæ alpinis, ex Betula nana viciſſitans.*

*Pedibus lanatis leporis; hyeme albus exceptis rectricibus, sub nive sæpius cuniculos agens; in fylvis loquax cachinnis.*

- Phasianus. 5. T. pedibus hirsutis, cauda cuneiformi, rectricibus tribus lateralibus albis.  
Urogallus minor, cauda longiore. *Edw. av. 117. t. 117.*  
*Habitat in Canada.*
- Cupido. 6. T. pedibus hirsutis, alis succenturiatis cervicalibus.  
Urogallus minor fuscus, cervice plumis alas imitantibus donata. *Catesb. car. 3. p. 1. t. 1.*  
*Habitat in Virginia.*  
Color *Tetricis feminae*; vertex *subcristatus*; a tergo colli duæ parvæ alæ: singulæ pennis quinque.  
Confr. Phasianus Penfylvanicus. *Act. angl. 48. p. 499. t. 15.*
- Bonasia. 7. T. pedibus hirsutis, rectricibus cinereis punctis nigris fascia nigra: exceptis intermediis duabus. *Fn. fvec. 170.*  
Gallina corylorum. *Gefu. av. 229. Aldr. orn. l. 13. c. 11. Will. orn. 126. t. 21. Raj. av. 55.*  
*Habitat in Europæ Coryletis.*  
*Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.*  
\* \* *Pedibus nudis.*
- rufus. 8. T. rostro pedibusque sanguineis, gula alba cincta fascia nigra albo-punctata.  
Tetrao rectricibus cinereis: superiore medietate hinc inde rufis. *Fn. fvec. 171.*  
Perdix rufa s. major. *Gefu. av. 682. Aldr. orn. l. 13. c. 18. Jonst. av. 68. t. 27. Will. orn. 118. t. 29. Raj. av. 57. Alb. av. 1. p. 29. t. 29.*  
*Habitat in Europa australiori.*
- Perdix. 9. T. pedibus nudis, macula nuda coccinea pone oculos, cauda ferruginea, sterno brunneo. *Fn. fvec. 172.*  
Perdix cinerea. *Aldr. orn. l. 13. c. 19. Jonst. av. 68. t. 27. f. 1. Will. orn. 119. t. 29. Raj. av. 57. Alb. av. 1. p. 25. t. 27.*  
*Habitat in Europæ agris.*  
*Hyeme habitat intra fossas nivis utraque extremitate apertas.*

- virginia- 10. T. pedibus nudis. fascia nigra supra & infra oculos.  
nus. linea verticali fulva.  
*Perdix virginiana. Catesb. car. 3. p. 12. t. 12.*  
*Habitat in America.*
- marilan- 11. T. pedibus nudis. cervice albo nigroque punctata.  
dicus. *Perdix novæ angliæ. Alb. av. 1. p. 26. t. 28.*  
*Habitat in America.*  
*In Perdice rufa sunt puncta alba in disco nigro infra*  
*guttur versus pectus, in hac vero ejusmodi a tergo*  
*colli. nec pedes rubri.*
- orienta- 12. T. pedibus antice pilosis: abdomine gulaque atra. col-  
lis. lari ferrugineo. cauda cuneiformi.  
*Tetrao orientalis. Haffelq. it. 278. n. 43.*  
*Perdix damascena. Will. orn. 128.*  
*Francolin. Tournef. it. 1. p. 158. t. 158.*  
*Habitat in Oriente.*
- Cotur- 13. T. pedibus nudis. corpore griseo-maculato. superciliis  
nix. albis. reëtricibus margine lunulaque ferruginea. *En.*  
*fec. 173.*  
*Coturnix. Gcsn. av. 353. Aldr. orn. l. 13. c. 22. Jonst.*  
*av. 69. t. 28. Raj. av. 58. Alb. av. 1. p. 28. t. 30.*  
*Tetrao israelitarum. Haffelq. it. 279. n. 44.*  
*Habitat in Europa. Asia. Africa.*  
*Pennæ corporis ferrugiæ linea longitudinali albida.*  
*Chinenses vivum portando manus calefaciunt. Osb. itin.*  
*190.*

## VI. PASSERES.

*Rostrum conicum, acuminatum.*  
*Nares ovatae, patulae, nudae.*

92. COLUMBA. *Rostrum rectum, versus apicem descendens.*  
*Nares oblongae, membrana mollitumida semitectae.*  
*Lingua integra.*
- Oenas. 1. *C. caerulefcens, collo supra viridi-nitente, fascia alarum apiceque caudae nigricante. Fn. fœcc. 174.*  
 Oenas f. Vinago. *Aldr. orn. l. 15. c. 7. Will. orn. 136. t. 35. Raj. av. 62. Alb. av. 3. p. 39. t. 42. 44.*
- domesti- 3. *Columba domestica. Will. orn. 130. t. 32. Raj. av. 59.*  
 ca. *Habitat in Europa.*  
*Domestica parit quovis mense pullos duos, per 9. partus annuos, quod intra 4 annos adscenderet ultra 18000; vitata melancholicis; Antequam cocant prius osculantur; intra ingluviem macerata grana in os pulli evomunt; Mas & femina alternis vicibus incubant; alterque alteram compellit.*
- gutturo- 2. *C. pectore inflato.*  
 fa. *Columba gutturosa. Will. orn. 121. t. 34. Raj. av. 60.*  
*Habitat. . .*
- cuculla- 3. *C. pennis occipitis reflexo-erectis.*  
 ta. *Columba cucullata f. jacobæa. Raj. av. 60. Alb. av. 3. p. t. 43.*  
*Columba anglica f. ruffica. Gefn. av. 279.*  
*Habitat. . .*
- Turbita. 4. *C. pennis in pectore recurvatis.*  
*Columba turbita dicta. Raj. av. 60. Will. orn. 132.*  
*Habitat. . .*
- tremula. 5. *C. cauda erecta multipenni patula.*  
*Columba tremula laticauda. Raj. av. 60.*  
*Habitat. . .*

- tabellaria. 6. C. cera lata verrucosa, palpebris nudis.  
 Columba equestris. *Alb. av. 2. p. 30. t. 45.*  
 Columba tabellaria. *Raj. av. 60.*  
*Habitat. . .*  
*Longissime licet deportata festinanter domum redit, hinc olim literas affigerunt per cælum cuncti nuncio.*  
*Utrum antecedentes omnes speciei veræ distinctæ sint, doccebit aliquando Anatomia.*
- montana. 7. C. obscure rufa. subtus flava, orbita oculorum nuda sanguinea.  
 Columba minor fulva. *Edw. av. 119. t. 119. Sloan. jam. 2. p. 304. t. 261. f. 1.*  
 Perdix montana. *Raj. av. 183.*  
*Habitat in Jamaica.*  
*Macula alba sub oculis, gula & ad axillas.*
- asiatica. 8. C. rectricibus cinereis apice albis: intermediis fuscis, orbita oculorum nuda cærulea.  
 Turtur indicus fuscus. *Edw. av. 76. t. 76.*  
 Columba subfusca media, iride crocea. palpebris imprimis cæruleis. *Brown. jam. 468.*  
*Habitat in Indiis.*
- guinea. 9. C. rectricibus cinereis apice nigris, orbita oculorum nuda rubra.  
 Columba maculis triquetris. *Edw. av. 75. t. 75.*  
*Habitat in Africa.*
- hispanica. 10. C. cinerea, remigibus rectricibus plumis pedum rostroque albis. *It. Wgot. 8.*  
*Habitat. . .*
- Palumbus. 11. C. rectricibus postice atris, remigibus primoribus margine exteriori albidis, collo utrinque albo.  
 Columba collo utrinque albo, postice macula fusca. *Fn. fœc. 175.*  
 Palumbus torquatus. *Aldr. orn. l. 15. c. 5. Will. orn. 135. t. 15. Raj. av. 62. Alb. av. 2. p. 42. t. 46.*  
*Habitat in Europa, Asia.*  
*Gregatim volant, agris fatis infestæ.*
- cyanocephalus. 12. C. capite cæruleo.  
 Turtur jamaicensis. *Alb. av. 2. p. 45. t. 49.*  
*Habitat in America.*

- leucoce-13. *C. cærulefcens*. vertice depreffo albo.  
phala. Columba capite albo. *Catesb. car. 1. p. t. 25. Sloan. jam. 2. p. 303. t. 261.*  
Columba minor leucocoryphos. *Raj. av. 184.*  
*Habitat in America feptentrionali.*
- leucopte-14. *C. palpebris nudis cæruleis*, iridibus oculorum fulvis.  
ra. Turtur indicus fufcus. *Edw. av. 76. t. 76.*  
Columba fufca media. iride crocea. palpebris impin-  
nis cæruleis. *Brown. jam. 468.*  
*Habitat in America.*
- nicobari-15. *C. cauda alba*, corpore nigro, remigibus cæruleis.  
ca. dorfo viridi-nitente. pennis colli elongatis.  
Columba e nicombar. *Alb. av. 3. p. 44. t. 47. 48.*  
*Habitat in infula Nicombar prope Pegu indicum.*
- macrou-16. *C. cauda cuneiformi longa*, pectore purpurafcente.  
ra. Columba macroura. *Edw. av. 15. t. 15.*  
Palumbus migratorius. *Catesb. car. 1. p. 23. t. 23.*  
*Habitat in Canada: hybernat in Carolina.*
- finica. 17. *C. reëtricibus dorfoque fufcis*, abdomine fanguineo.  
alis flavis, remigibus nigris.  
Columba finica. *Alb. av. 3. p. 43. t. 46.*  
*Habitat in China.*
- indica. 18. *C. corpore purpureo*, humeris viridibus, fuperciliis  
albis.  
Columba alis viridibus. *Edw. av. 14. t. 14.*  
*Habitat in India orientali.*  
*Pileus cærulefcens. Remiges primores nigrae. Reëtrices nigrae, fed laterales cinerae. Flexura alarum nigra albo punëata.*
- hifpida. 19. *C. plumis minimis ereëtis per dorfum alasque di-*  
fperfis.  
*Habitat in Africa?*
- Turtur. 20. *C. reëtricibus apice albis*, dorfo grifeo, pectore incar-  
nato. macula laterali colli.  
Turtur. *Will. orn. 134. t. 35. Raj. av. 61. Alb. av. 2. p. 43. t. 47.*  
*Habitat in India.*

- riforia. 21. *C. supra lutescens. lunula cervicali nigra.*  
*Turtur indicus. Aldr. orn. t. 15. c. 9. Will. orn. 134.*  
*t. . . Raj. av. 61. n. 3. Alb. av. 3. p. 42. t. 45.*  
*Habitat in India, nobis communis Turtur.*
- passerina. 22. *C. rectricibus remigibusque obscurioribus. corpore*  
*purpurascente. rostro pedibusque flavis.*  
*Turtur minimus guttatus. Sloan. jam. 2. p. 305. t.*  
*261. f. 3. Catesb. car. 1. p. 26. t. 26.*  
*Turtur minimus. alis maculosis. Raj. av. 184. n. 25.*  
*Turtur barbadensis minimus. Raj. av. 62. n. 5. Will.*  
*orn. 135. t. 36.*  
*Columba sylvestris minima brasiliensis. Raj. av. 62. n. 6.*  
*Picupinima. Marcgr. bras. 204.*  
*Habitat in America inter tropicos.*  
*Alæ extus in rectricibus punctis f. maculis fuscis ad-*  
*sperfa.*

93. ALAUDA. *Rostrum cylindrico - fubulatum, re-*  
*ctum, recta protensum: Man-*  
*dibulis æqualibus, basi deor-*  
*sum dehiscentibus.*  
*Lingua bifida.*  
*Unguis posticus rectior, digito lon-*  
*gior.*

- arvensis. 1. *A. rectricibus extimis duabus extrorsum longitudinali-*  
*ter albis: intermediis interiori latere ferrugineis. Fu.*  
*fvcc. 190.*  
*Alauda non cristata. Gesn. av. 78. Aldr. orn. l. 18. c. 12.*  
*Alauda vulgaris. Will. orn. 149. t. 40. Raj. av. 69.*  
*n. 1. Alb. av. 1. p. 39. t. 41.*  
*Alauda arborum. Frisch. av. 3. t. 15. f. 1.*  
*Alauda cœlipeta. Klein. av. 71.*  
*Habitat in Europæ apricis.*  
*Volatu perpendiculari in aëre suspensa cantillat:*  
*Ecce suum tirile, tirile. suum tirile tractat;*  
*Autumno sole occidente in retia compellitur.*  
*Hyeme pinguescit in australioribus carne sapidissima 3j.*  
*Calculosis noxia.*

- pratenfis. 2. *A. reëtrix* extimis duabus extrorsum albis, linea superciliarum alba. *Fn. fvec.* 191.  
*Alauda pratorum.* *Aldr. orn. l. 18. c. 15.* *Will. orn.* 150. *Raj. av. 69. n. 3.* *Olin. av. 27.*  
*Alauda sylvestris.* *Alb. av. 1. p. 40. t. 42.*  
*Habitat in Europæ pratis.*
- arborea. 3. *A. capite vitta annulari alba cinëto.*  
*Alauda reëtrix* fuscis: prima oblique dimidiato-alba. secunda tertia quarta macula alba cuneiformi.  
*Fn. fvec.* 192.  
*Alauda arborea.* *Will. orn. 149.* *Raj. av. 69. n. 2.*  
*Habitat in Europa, gregaria volitans.*
- campestris. 4. *A. reëtrix* fuscis inferiori medietate, exceptis intermediis duabus, albis, gula pectoreque flavescente.  
*Fn. fvec.* 193.  
*Alauda minor campestris.* *Will. orn. 150.* *Raj. av. 70. n. 6.*  
*Habitat in Europa.*
- trivialis. 5. *A. reëtrix* fuscis: extima dimidiato alba. secunda apice cuneiformi alba, linea alarum duplici albida.  
*Habitat in Svecia, in arborum summitate.*
- criftata. 6. *A. reëtrix* nigris: extimis duabus margine exteriori albis, capite criftato.  
*Alauda criftata major.* *Raj. av. 69.* *Will. orn. 151. t. 40.* *Olin. av. 13.* *Alb. av. 3. p. 48. t. 52.*  
*Aldr. orn. l. 18. c. 18.*  
*Habitat in Europæ viis.*
- Spinoletta. 7. *A. reëtrix* fuscis: extimis duabus oblique dimidiato-albis. †  
*Spinoletta florentinis.* *Raj. av. 70.* *Will. orn. 152.*  
*Habitat in Italia.*
- alpestris. 8. *A. reëtrix* dimidio inferiore albis, gula flava, fascia suboculari pectoralique nigra.  
*Alauda gutture flavo.* *Catesb. car. 1. p. 32. t. 32.*  
*Habitat in America septentrionali, & visa a Kleinio Gedani.*  
*Corpus supra fuscum. Guttur ad pectus usque flavum. Abdomen album. Pectorale transversum nigrum. Fascia nigra, obtusa, pone finem oris.*



magna. 9. *A. fubtus flava*, fascia peḱtorali curva nigra: reḱtrici-  
bus tribus lateralibus albis.

*Alauda magna. Catesb. car. 1. p. 33. t. 33.*

*Habitat in America, Africa.*

*Corpus scopolacinum, magnitudine Turdi, totum fubtus flaviffimum. Peḱtus macula magna nigricante lunari. Remiges fuscæ: secundariae testaceo maculatæ. Cauda rotundata: Reḱtrices 3 laterales maximam partem albæ. Unguis posticus pedum major, sed magis curvus quam in reliquis. Rostrum reḱtum: Maxilla superior terctiuscula. basi nuda.*

94. STURNUS. *Rostrum fubulatum, angulato-depressum, obtusiusculum: Mandibula superiore integerrima, marginibus patentiusculis.*

*Nares supra marginatæ.*

*Lingua emarginata, acuta.*

vulgaris. 1. *S. rostro flavescente, corpore nigro punctis albis.*

*En. fec. 183.*

*Sturnus. Gesn. av. 747. Bell. av. 81. a. Aldr. orn. l. 16. c. 19. Will. orn. 144. t. 37. Raj. av. 67. n. 1. Alb. av. 1. p. 38. t. 40. Olin. av. 18. Hasfclqv. itin. 284.*

*Habitat in Europa, Africa, viḱtitans insectis. Nidificat in cavis arborum; migrat in Scaniam; garrula imitatrix; Mas nitens; gregaria avis.*

Luteolus. 2. *S. luteus, capite fusco, peḱtore maculato, alis fuscoluteis.*

*Sturnus luteus benghalensis. Edw. av. 186. t. 186.*

*Pica maderaspatana sturni ad instar maculata. Raj. av. 195. n. 7. t. 1. f. 7.*

*Habitat in India.*

Contra. 3. *S. fuscus, macula oculari fascia alari abdomineque albis.*

*Sturnus ex albo & fusco varius benghalensis. Edw. av. 187. Alb. av. 3. p. 20. t. 21.*

*Habitat in India.*

Cinclus. 4. *S. niger*, pectore albo.

*Motacilla* pectore albo, corpore nigro. *Fn. fec.* 216.

*Merula aquatica*. *Gesn. av.* 609. *Aldr. orn. l. 20. c.*  
54. *Will. orn. 104. t. 24. Raj. av.* 66. *n. 7. Alb.*  
*av. 2. p. 36. t. 39.*

*Habitat in Europa ad aquas: Hyeme ad cataractas, fontesque non congelandos, ubi descendit per voragine voratura Oniscos aquaticos Insectaque alia: emergitque non palmipes, hyeme solitaria, æstate plerumque gemina versatur. Mere insectivora nec granivora, naribus laminula fere clausis distincta a Motacillis.*

95. TURDUS. *Rostrum* tereti - cultratum, maxilla superiore apice deflexo.

*Nares* nudæ, superne membranula femitectæ.

*Lingua* lacero - emarginata.

viscivorus. 1. *T. dorso fusco, collo maculis albis, rostro flavescente.*

*Turdus viscivorus major. Raj. av.* 64. *n. 1. Will. orn.* 137. *Aldr. orn. l. 16. c. 1.*

*Habitat in Europa.*

*Sibimet ipsi malum cacat diffeminator Visei, Ilicisque.*

pilaris. 2. *T. rectricibus nigris: extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cano. Fn. fec.* 188.

*Turdus pilaris. Gesn. av.* 753. *Aldr. orn. l. 16. c. 3. Will. orn.* 138. *t. 37. Raj. av.* 64. *n. 3. Alb. av.* 1. *p. 34. t. 36. Frisch. av. . . t. 26. f. 1. 2. Olin. av.* 25.

*Habitat in Europa.*

*Romani in ornithone maxima diligentia alebant Turdos, atiles reddebant, care pendebant, teste Varrone, Plutarcho.*

*Nil melius Turdo, nil vulva pulchrius ampla. Horat.*

iliacus. 3. *T. alis subtus flavescens, rectricibus tribus laterali- bus apice utrinque albis.*

*Turdus iliacus. Raj. av.* 64. *n. 4. Klein. av.* 66. *Aldr. orn. l. 16. c. 4.*

*Turdus viscivorus maurus. Alb. av.* 1. *p. 31. t. 33.*

*Habitat in Europa.*

*Linea nulla superciliarum alba. Caro ob amaritatem minus accepta.*

- muficus. 4. T. alis fubtus ferrugineis, linea superciliarum albicante. *Fn. fvec.* 189.  
 Turdus simpliciter dictus vifcivorus minor. *Will. orn.* 138. *t.* 37. *Raj. av.* 64. *n.* 2.  
 Turdus muficus. *Frifch. av. t.* 27. *f.* 1. 2. *Alb. av.* 1. *p.* 32. 33. *t.* 35. 34.  
*Habitat in Europæ fylvis; nido ex luto.*  
*E fummitate arboris vere Lufciniam cantilena imitatur.*  
*Diffeminator cum præcedentibus Juniperi.*
- Canorus. 5. T. grifeus, fubtus ferrugineus, linea alba ad latera capitis, cauda rotundata. *Chin. Lagerflr.* 11.  
 Turdus chinensis. *Osb. it.* 309.  
 Turdus fufcus benghalensis non maculatus. *Edw. av.* 184. *t.* 184.  
 Baniah bove benghala. *Alb. av.* 3. *p.* 18. *t.* 19.  
*Habitat in Benghala, China.*
- rufus. 6. T. ferrugineus fubtus dilutior maculatus, remigibus unicoloribus, cauda rotundata.  
 Turdus rufus. *Catesb. car.* 1. *p.* 28. *t.* 28.  
*Habitat in America feptentrionali & meridionali.*
- polyglot-7. T. obscure cinereus, fubtus pallide cinereus, macula alarum albida.  
 Turdus minor cæruleo-albus immaculatus. *Sloan. jam.* 2. *p.* 306. *t.* 256. *f.* 3. *Catesb. car.* 1. *p.* 27. *t.* 27.  
*Raj. av.* 185. *n.* 31.  
 Mocking-bird. *Kalm. itin.* 2. *p.* 335.  
*Habitat in Virginia.*  
*Eximia voce cantillat & cantu inſtruitur.*
- Orpheus. 8. T. dorſo fuſco, peſtore rectricibusque lateralibus albidis, alis fascia alba. *Brown. jam.* 469.  
 Turdus cinereus minor. *Edw. av.* 78. *t.* 78.  
*Habitat in America.*  
*Cauda longa rotundata. Rectrices extimæ albæ. E terra elevatus cantilena ſpectatorem rapit in fui admirationem.*
- plum- 9. T. cæruleſcens, gula atra.  
 beus. Turdus vifcivorus plumbeus. *Catesb. car.* 1. *p.* 30. *t.* 30.  
*Habitat in America.*

- crinitus. 10. T. capite colloque cærulescente, abdomine flavescen-  
te. dorso virescente, reëtricibus remigibusque rufis,  
capite cristato.  
Musficapa cristata, ventre luteo. *Catesb. car.* 1. p. 52.  
t. 52.  
*Habitat in America.*
- roseus. 11. T. subincarnatus, capite alis caudaque nigris, occipi-  
te cristato.  
Merula rosea. *Aldr. orn.* 1. 16. c. 15. *Will. orn.* 143.  
*Raj. av.* 67. *Edw. av.* 20. t. 20.  
Turdus roseus, capite ex nigro cæruleo & cirrho retro  
compto, alis & cauda nigris. *Klein. av.* 71.  
*Habitat in Lapponia, Helvetia.*
- Merula. 12. T. ater, rostro palpebrisque fulvis. *Fn. fvec.* 184.  
Merula. *Bell. av.* 30. b. *Gefn. av.* 603. *Aldr. orn.*  
1. 16. c. 6. *Will. orn.* 140. t. 37. *Raj. av.* 65. n.  
1. *Alb. av.* 1. 35. t. 37. *Frisch. av.* 27. f. 1. 2.  
*Olin. av.* 29.  
*Habitat in Europæ sylvis. Juniperi diffeminator.*  
*Femina fusca est. Pullus primo anno, etiam masculus.*  
*rostro nigro.*
- torqua- 13. T. nigricans, torque albo, rostro flavescente. *Faun.*  
tus. *fvec.* 185.  
Merula torquata. *Gefn. av.* 607. *Aldr. orn.* 1. 16. c.  
11. *Will. orn.* 143. t. 37. *Raj. av.* 65. n. 2. *Alb.*  
*av.* 1. p. 37. t. 39. *Frisch. av.* 30. f. 1. 2.  
*Habitat in Europa.*
- folitarius. 14. T. cæruleus, remigibus reëtricibusque nigris, abdomi-  
ne lineolis cinereis undulato.  
Passer folitarius. *Willugh. orn.* 191. *Raj. av.* 66. *Edw.*  
*av.* 18. t. 18. *Olin. av.* 14. *Aët. Upf.* 1750. p. 21.  
*Habitat in Oriente.*  
Mas cæruleus; *Femina cinerea, subtus lineolis albis &*  
*cinereis undulata.*
- arundina- 15. T. grifeus, subtus albidus lineolis transversis lunatis  
ceus. fuscis, pedibus cærulescentibus. †  
Turdus musficus palustris dumetorum arundinum. *Klein.*  
*av.* 179. f. 3.  
*Habitat in Arundinectis Europæ septentrionalis.*

*Mas indefinenter cantillans, toto die, sub incubatu Fe-*  
*minæ in terra nidulantis. Klein.*

- virens. 16. T. nigro-virens. subtus lutescens, superciliis albis.  
Oenanthe americana, pectore luteo. *Catesb. car. 1. p.*  
*50. t. 50.*  
*Habitat in America.*

96. LOXIA. *Rostrum conico-gibbum, fronte sub-*  
*calvum: Mandibula inferior margi-*  
*ne laterali inflexa.*  
*Nares in basi rostri.*  
*Lingua integra.*

- Curviro- 1. L. rostro forficato. *Fn. fœcc. 177.*  
stra. Loxia. *Gesn. av. 592. Aldr. orn. l. 12. c. 47. Charl.*  
*onom. 68. t. 68. Will. orn. 181. t. 44. Raj. av. 86.*  
*Alb. orn. 1. p. 58. t. 61. Frisch. av. 2. t. 11.*  
*f. 3. 4.*  
*Habitat in Europæ Abietis, strobilos enucleans, at non*  
*in ipsa arbore, diffeminator Abietis rostro singulari.*

- Cocco- 2. L. linea alarum simplici alba, rectricibus latere tenuiore  
thraustes. baseos albis.  
Coccothraustes. *Gesn. av. 276. Aldr. ornith. l. 16. c.*  
*26. Jonst. av. . . t. 37. Charlet. onom. 84. t. 85.*  
*Olin. av. 37. Raj. av. 85. Alb. orn. 1. p. 54. t.*  
*56. Edw. av. 188. t. 188. It. fœan. 332. n. 1. "*  
*Frisch. av. 1. t. 4. f. 2. 3.*  
*Habitat in Europa australiori. Cerasa enucleans, dis-*  
*feminans.*

- Enuclea-3. L. linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigrican-  
tor. tibus. *Fn. fœcc. 176.*  
Rubicilla maxima canadensis. *Edw. av. 123. t. 123.*  
*124.*  
*Habitat in Sveciæ summa, Canadæ Pinetis, victitans*  
*strobilis; diffeminator Pini. Noctu egregie canorus;*  
*migrat hyeme ad australes Sveciæ provincias, Upsa-*  
*liam transit sine octobris. Junior ruber, Senior flavus.*

- Pyrrhula. 4. L. artubus nigris, rectricibus caudæ remigumque post-  
icarum albis. *Fn. fœcc. 178.*

- Rubicilla f. Pyrrhula. *Gesn. av.* 733. *Aldr. orn. l.* 17. c. 31. *Jonst. av.* . . t. 43. *Will. ornith.* 130. t. 43. *Raj. av.* 86. *Alb. orn. 1. t.* 59. 60. *Frisch. av.* . . t. 2. f. 1. 2. *Olin. av.* 40.  
*Habitat in Europæ fylcis, Sorbi diffeminator.*  
*Mas subtus ruber. Femina subtus fusco-cinerea.*
- Cardina- 5. L. rubra, facie nigra. *Chin. Lagerstr.* 13.  
 lis. *Cardinalis. Will. orn.* 245. t. 44. f. 8.  
*Coccothraustes capensis ruber, rostro hiante. Pet. gaz.*  
 16. t. 16. f. 7.  
*Coccothraustes rubra. Catesb. car. 1. p.* 38. t. 38.  
*Frisch. ornith. 1. t. 4. f. 1.*  
*Coccothraustes indica cristata. Alb. orn. 1. p.* 55. t.  
 57. & 3. t. 61. *Aldr. orn. l.* 16. c. 21. *Raj.*  
*av.* 85.  
*Pittacus cristatus ruber. Seb. mus. 1. p.* 96. t. 60.  
 f. 4.  
*Habitat in America septentrionali.*
- Domini- 6. L. nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomine  
 cana. remigumque margine albis. *Chin. Lagerstr.* 14.  
*Rubicilla americana. Will. orn.* 180. *Raj. av.* 86.  
*Cardinalis dominicanus. Edw. av.* 127. t. 127.  
*Gvirilivica. Marcgr. bras.* 211.  
*Habitat in Brasilia.*
- cristata. 7. L. albicans, fronte cristata. uropygio pedibusque ru-  
 bris, rectricibus intermediis longissimis.  
*Habitat in Æthiopia. J. Burmannus.*  
*Avis inter maximas sui generis. Crista Maris rubra,*  
*Feminæ alba. Pectus in mare rubrum. Rectrices ci-*  
*nercæ: intermediæ duæ duplo longiores.*
- mexica- 8. L. rubra, alis nigris.  
 na. *Avis mexicana rubra passeris species. Seb. mus. 1. p.*  
 101. t. 95. f. 1.  
*Habitat in America australi.*
- eryoce- 9. L. cinerascens, capite purpurascente, pectore albo ma-  
 phala. culato.  
*Passer paradisiæus, capite rubro, pectore nigro albo ma-*  
*culato. Edw. av.* 180. t. 180.  
*Habitat in Africa.*

Corpus *supra cinereum. griseo maculatum; subtus totum fuscum maculis albis rotundis. Alæ fuscae. Remiges margine griseæ. Cauda nigra, forficata. Caput purpureum.*

- flavicans. 10. L. flava. dorso virescente, capite fulvo. *Chin. Lagerstr. 17.*  
*Habitat in Asia.*
- oryzivo- 11. L. fusca. temporibus albis, rostro rubro. *Chin. Lagerstr. 16.*  
 ra. Loxia remigibus rectricibusque nigris. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 18.*  
 Fringilla capite & gula nigra, temporibus albis. *Osb. iter. 103.*  
 Oryzivora. *Edw. av. 41. t. 41, 42.*  
 Passer indicus. *Aldr. orn. l. 15. c. 24.*  
*Habitat in Asia & Æthiopia inter Oryzam.*
- panici- 12. L. nigra. ala spuria alba, rostro incarnato.  
 vora. Fringilla nigra. *Alb. av. 3. p. 65. t. 69.*  
*Habitat in India.*  
*An præcedentis Femina?*
- punctu- 13. L. ferruginea. abdomine nigro albo-maculato.  
 lata. Passer indicus fuscus. ventre ex albo & nigro punctato.  
*Edw. av. 40. t. 40.*  
*Habitat in Asia.*
- hordea- 14. L. fulva. temporibus albis, cauda pectoreque atris.  
 cea. *Mus. Ad. Fr. 2. p. . .*  
*Habitat in Indiis.*  
 Corpus *magnitudine Motacillæ albæ. Grisea sunt Humeri. Femora, Ani regio, margines Rectricum. Nigra sunt Tempora ad rostrum usque, Alæ & Remiges, Cauda & Rectrices, Pectus. Fulva sunt Caput. Collum, Uropygium.*
- fanguini- 15. L. grisea, subtus alba, rostro pedibusque fanguineis.  
 rostris. *Chin. Lagerstr. 15.*  
*Habitat in Asia.*
- Astrild. 16. L. grisea fusco-undulata, rostro temporibus pectoreque coccineis.  
 Waxbill. *Edw. av. 179. t. 179.*

*Habitat in Canariis, America, Africa.*

*Magnitudo Reguli; supra grisea fusco undulata: subtus pectore purpurea. Cauda rotundata. grisea lineolis transversis fuscis numerosis. Rostrum coccineum. gibbum. Fascia coccinea per oculos ducta.*

cyanea. 17. *L. cærulea, remigibus rectricibusque nigris. Chinens. Lagerstr. 18.*

*Coccythraustes cæruleus. Edw. av. 125. t. 125.*

*Habitat in Angola.*

Lineola. 18. *L. nigra, linea frontali temporibusque albis.*

*Habitat in Asia.*

*Corpus Magnitudine Pari; supra nigrum, c cæruleo nitidum: subtus album. Rostrum nigrum, gibbum. Linea a fronte ad verticem ducta alba. Macula alba supra maxilla inferiore. Remiges nigrae: Primores basi anteriore albæ. unde macula alarum alba. Cauda nigra, bifurcata.*

mexicana. 19. *L. grisea, fronte gula uropygio superciliisque luteis. Linaria mexicana. capite flavo. Edw. av. 44. t. 44.*

*Habitat in America. Mus. DeGeer.*

*Magnitudo Fringillæ. Fasciæ duæ cinerascensque in rectricibus alarum. Cauda integra.*

Chloris. 20. *L. flavicanti-virens, remigibus primoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor basi luteis.*

*Fringilla eadem. Fn. fœc. 202.*

*Chloris. Gesn. av. 259. Will. orn. 129. Raj. av. 85.*

*n. 4. Alb. av. 1. p. 56. t. 58. Frisch. av. l. 8. f.*

*3. 4. Aldr. orn. l. 18. c. 18.*

*Habitat in Europa.*

*Media quasi inter Loxias & Emberizas, sed rostrum crassius quam in Emberizis.*

butyrea. 21. *L. virefcens, fronte superciliis pectore abdomineque flavis, caudæ apice albo.*

*Habitat in India.*

*Corpus magnitudine & figura Ligurini, viride. fusco maculatum; subtus totum flavum. Frons & inde linea supra oculos flava. Tempora flava. Cauda nigricans, bifurca, apice alba.*



- Collaria. 22. L. flavescens, pectore collarique flavis, temporibus nigris.  
*Habitat in Indiis.*  
 Rostrum *nigrum*. Pedes *fusci*. Frons *calva*. Genæ *nigræ*. Pectus & *ferme* Collare *flava*. Corpus *viride flavescens*, magnitudine *Pari minimi*.
- benghalensis. 23. L. grisea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fusco-maculato.  
 Passer benghalensis, capite flavo. *Edw. av. 189. t. 189.*  
*Alb. av. 2. p. 48. t. 52.*  
*Habitat in Benghala.*
- malabarica. 24. L. cinerea, remigibus rectricibusque nigris, gula anteriorque albis.  
*Habitat in Indiis.*  
 Corpus *magnitudine & facie Pari*. Rostrum *nigrum*. Gula *alba*. Remiges & Rectrices *nigræ*. Ani *regio albida*.
- fusca. 25. L. fusca, subtus albida, remigibus a tertia ad nonam basi omnino albis. *Chin. Lagerstr. 19.*  
*Habitat in Benghala.*
- melanocephala. 26. L. lutea, capite atro.  
 Coccythraustes gambogia. *Alb. av. 3. p. 58. t. 62.*  
*Habitat in Gvinea.*
- cana. 27. L. cana, remigibus rectricibusque fuscis, pedibus rubris.  
 Linaria cinerea orientalis. *Edw. av. 179. t. 179. f. 1.*  
*Habitat in Asia.*  
*Margines rectricum & oris regio albida.*
- nigra. 28. L. nigra, macula alba humeri remigumque duarum exteriorum.  
 Rubicilla minor nigra. *Catesb. car. p. 68. t. 68. Alb. av. 3. p. 65. t. 69.*  
*Habitat in America australi.*
- cærulea. 29. L. cærulea, alis fuscis fascia basios purpurea.  
 Coccythraustes cærulea. *Catesb. car. 1. p. 39. t. 39.*  
*Habitat in America.*

- violacea. 30. L. violacea. superciliis gula anoque rubris.  
Coccothraustes purpurea. *Catesb. car.* 1. p. 40. t. 40.  
*Habitat in America.*
- minuta. 31. L. grisea. uropygio fubtusque ferruginea. remigibus  
4. 5, 6. basi utrinque albis, cauda integra. *Rolander.*  
*Habitat Surinami.*  
*Avicula vix Regulo major; Rostrum breve, crassum.*  
*subobtusum.*
- bicolor. 32. L. fusca. fubtus rubra.  
Rubicilla fusca minima. *Edw. av.* 83. t. 83. f. 1.  
*Habitat in India.*  
*Magnitudo L. minuta.*

97. EMBERIZA. *Rostrum* conicum.  
*Mandibula* basi deorsum a se in-  
vicem discedentes: inferiore la-  
teribus inflexo-coarctata; supe-  
riore angustiore.

- nivalis. 1. E. remigibus albis: primoribus extrorsum nigris. rectri-  
cibus nigris: lateralibus tribus albis.  
Alauda remigibus albis: primoribus extrorsum nigris, re-  
ctricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Acl. Stockh.*  
1740. p. 368. t. 1. f. 9. *Fn. fvec.* 194. t. 1. f. 194.  
Pied-Chaffinch. *Alb. av.* 2. p. 50. t. 54. & 3. p. 67.  
t. 71.  
Avis ignota piperini. *Gesn. av.* 798.  
Fringilla albicans. *Aldr. orn.* l. 8. c. 357. t. 15. f. 1.  
Montifringilla calcaribus alaudæ. *Will. orn.* 187. t. 77.  
*Raj. av.* 88.  
Miliaria nivis. *Frisch. av.* 2. t. 6. f. 1. 2.  
Avis nivis. *Martenf. spitsb.* 53. t. K. f. B. *Edw. av.*  
126. t. 126.  
*Habitat in alpebus Lapponiæ. Spitsbergæ ad sinum Hud-*  
*sonis alibique, terræ insidens; intensiore hycme ad nos*  
*migrans; avena nutritur, Sapidissima; hycme alba:*  
*noctu vigil.*
- Calan- 2. E. grisea nigro-maculata. *Fn. fvec.* 206. *It. scan.*  
dra. 292. t. 4.

Emberiza alba. *Gesn. av.* 564. *Raj. av.* 93. *Will. orn.* 195. *t.* 40. *Alb. av.* 2. *p.* 46. *t.* 50. *Olin. av.* 50.  
 Alaudæ congener. *Aldr. orn.* . . .  
 Miliaria cana. *Frisch. av.* . . . *t.* 6. *f.* 4.  
*Habitat in Europa.*  
*Præcedenti valde affinis.*

- Hortula- 3. E. remigibus nigris: primis tribus margine albidis. re-  
 na. ctricibus nigris: lateralibus duabus extrorsum nigris.  
*Fn. fec.* 208.  
 Hortulanus. *Gesn. av.* 569. *Jonst. av.* . . . *t.* 37. *Will.*  
*orn.* 167. *t.* 40. *Raj. av.* 94. *n.* 6. *Olin. av.* 22.  
*Albin. av.* 2. *t.* 50.  
 Miliaria pingvescens. *Frisch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 3. 4.  
*Habitat in Europa.*  
 Oculorum orbita *f. palpebræ nudæ flavæ, ut oculi annu-*  
*lo flavo cingantur nudo, & caput subtus ad maxil-*  
*lam inferiorem flavum.*
- Citrinel- 4. E. rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere inte-  
 la. riore macula alba acuta. *Fn. fec.* 205.  
 Emberiza flava. *Gesn. av.* 653. *Will. orn.* 196. *t.* 40.  
*Raj. av.* 93. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 63. *t.* 66.  
 Luteæ alterum genus. *Aldr. orn.*  
 Miliaria lutea. *Frisch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 2.  
*Habitat in Europa, nidificat humi in pratis.*  
*Hyeme domestica: æstate colligit larvas Brassicæ.*
- Orix. 5. E. grisea, fronte abdomineque nigris, collo uropy-  
 gioque fulvis, rostro nigro.  
 Passer angolensis, capite nigro, collo & uropygio flavis.  
*Edw. av.* 178. *t.* 178.  
*Habitat in Africa interiore.*
- Quelea. 6. E. dorso griseo, fronte nigra, rostro coccineo.  
*Habitat in India.*  
 Rostrum coccineum, crassum *Loxiæ, at non incurvum,*  
*maxillis Emberizæ. Frons undique circum rostrum*  
*atra. Caput, Humeri, Alæ nigro griseoque macula-*  
*tæ ut Passeris domestici. Pectus & Abdomen albo*  
*subincarnata. Remiges Rectricesque nigricantes mar-*  
*gine undique cinereo. Pedes Unguesque incarnati.*

- militaris. 7. E. fusca, pectore gula humerisque sanguineis.  
 Turdus ater, pectore coccineo. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 18.  
*Chin. Lagerstr.* 12.  
 Rubicilla fusca major. *Edw. av.* 82. t. 82.  
*Habitat in America, Asia.*  
 Magnitudo *Sturni*. Color supra e scolopacino fuscus,  
 subtus sanguineus. Rostrum basi subcalvum. Remi-  
 ges fusca: 1. 2 margine exteriori grisea. Rectrices  
 aequales. fusca: apice fasciis pallidioribus varia.
- atrata. 8. E. atra nitens.  
*Habitat in India.*  
 Tota, etiam rostro, aterrima, corpore supra parum e  
 caeruleo virescente, nitido ut in Corvo; magnitudo  
*Turdi*.
- familia- 9. E. griseo-maculata, apicibus rectricum albis, dorso po-  
 ris. flico flavo.  
 Motacilla capite & rostro nigro, uropygio luteo. *Osb.*  
*iter.* 102.  
*Habitat in Asia.*  
 Corpus magnitudine *Ligurini*, supra cinereum maculis  
 fuscis, subtus cinereum. Dorsum sub alis & versus  
 caudam flavum. Rectrices caudae albae.
- flaveola. 10. E. grisea, facie flava.  
*Habitat in calidis regionibus.*  
 Corpus magnitudine *Ligurini*. Frons & Gula flavae.
- psittacea. 11. E. cinereo-fusca, alis fulvis, rectricibus duabus lon-  
 gissimis.  
 Fringilla brasiliensis. *Seb. mus.* 1. p. 103. t. 66. f. 5.  
*Habitat in America australi.*
- paradi- 12. E. fusca, pectore rubro, rectricibus duabus longioribus  
 faea. acuminatis, intermediis duabus longissimis.  
 Passer indicus. *Aldr. orn.* 1. 15. c. 23. *Will. orn.* 184.  
 t. 45.  
 Passer psittacus indicus, cauda longa. *Pct. gaz.* . . t.  
 55. f. 1.  
 Passer pectore rubro, cauda longissima. *Edw. av.* 86. t. 86.  
*Habitat in Africa.*  
 Nigra est sed cervice & pectore coccineo. Deponit quot-  
 annis longas caudae pennas, uti Pavo.

Ciris. 13. E. capite cæruleo, abdomine fulvo, dorso viridi, pennis viridi-fuscis. *Act. Stockh.* 1750. p. 278. t. 7. f. 1.

Fringilla tricolor. *Catesb. car.* 1. p. 44. t. 44.

Fringilla tricolor mexicanensis. *Edw. av.* 130. t. 130.

Fringilla chinensis. *Alb. av.* 3. p. 64. t. 68.

β. Liniaria cærulea. *Catesb. car.* 1. p. 44. t. 44.

*Habitat in America.*

Caput totum & Collum cæruleum. Dorsum. Alæ Caudaque supra viridia: tota subtus lutea. sed Pectus antice fulvum. β. Femina cærulea solo abdomine albo. hieme fere grisea evadit.

Alario. 14. E. capite pectoreque atro. abdomine albo. alis rubris. Passer capensis. *Alb. av.* 3. p. 63. t. 67. *Habitat ad Cap. b. Spei.*

98. FRINGILLA. *Rostrum* conicum, rectum, acutum.

oryzivo- 1. F. fusca. cervice fulva. macula alarum dorsoque postico albis.

Hortulanus carolinensis. *Catesb. car.* 1. p. 14. t. 14.

Emberiza carolinensis. *Klein. av.* 92.

*Habitat in Cuba, ubi autumnno consumta Oryza, femine solæ descendunt in Carolinam.*

*Femina grisea tota a mare colore differt.*

cælebs. 2. F. artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis. rectricibus duabus oblique albis. *Fn. fec.* 199. t. 2. f. 199.

Fringilla. *Gesn. av.* 387. *Aldr. orn. l.* 18. c. 6. *Will. orn.* 186. t. 45. f. 4. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 1. p. 60.

t. 63. *Frisch. av.* . . t. 1. f. 1. 2. *Olin. av.* 31.

*Habitat in Europa.*

*Femina sola migrat per Belgium in Italiam. Mas capite pileato. vere mutato sono astatem annunciat.*

Montifringilla. 3. F. alarum basi subtus flavissima. *Fn. fec.* 198. t. 2. f. 198. Montifringilla s. Fringilla montana. *Jonst. av.* 99. t. 38. *Will. orn.* 187. t. 45. f. 5. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 3. p. 60. t. 64. *Frisch. av.* . . t. 3. f. 2. 3. *Olin. av.* 32. *Aldr. orn. l.* 18. c. 7.

*Habitat in Europa.*

- lulensis. 4. *F. fusca*, pectore humerisque rufis, alis nigris macula rufa. *Fn. fvec.* 197.  
*Habitat in Svecia.*
- lapponi- 5. *F. capite nigricante maculato: macula pone oculos al-*  
ca. ba. *Fn. fvec.* 196.  
*Fringilla major.* *Alb. av.* 3. p. 59. t. 63.  
*Habitat in Lapponia.*
- fylvatica. 6. *F. artubus remigibus reſtricibusque nigris: duabus u-*  
trinque extimis a medio extrorſum albis. *Fn. fvec.*  
200.  
*Habitat in Svecia.*
- melan- 7. *F. grifea nigro-punctata, area a roſtro per latera col-*  
cholica. li atra.  
*Embriza fusca americana.* *Edw. av.* 85. t. 85.  
*Habitat in America australi.*
- erythroph- 8. *F. nigra rubro relucens, abdomine rufefcente, macula*  
thalma. alarum alba.  
*Paffer niger, oculis rubris.* *Catesb. car.* 1. p. 34. t. 34.  
*Habitat in America.*
- Cardue- 9. *F. remigibus antrorſum luteis: extima immaculata, re-*  
lis. ſtricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis.  
*Fn. fvec.* 195.  
*Carduelis.* *Gefn. av.* 242. *Aldr. orn.* 1. 18. c. 3. *Jouſt.*  
*av.* 97. t. 37. *Will. orn.* 189. t. 46. *Raj. av.* 89.  
*n.* 1. *Merian. inf.* t. 173. *Alb. av.* 1. p. 61. t. 64.  
*Friſch. av.* . . t. 1. f. 3. 4. *Olin. av.* 10.  
*Habitat in Europæ juniperetis; hyeme in capitatis*  
*plantis.*
- Melba. 10. *F. facie caudaque rubris, abdomine albo nigroque un-*  
dato, dorſo viridi.  
*Cardueli affinis viridis.* *Edw. av.* 128. t. 128.  
*Habitat in China.*
- Amanda- 11. *F. reſtricibus purpureis medietate poſtica atris.*  
va. *Amandava.* *Alb. av.* 3. p. 72. t. 77.  
*Habitat in india orientali.*  
*Mas totus purpureus; Femina cinerea exceptis roſtro &*  
*reſtricibus.*

- Gyrola. 12. F. viridis, capite rubro, collari flavo, pectore cæruleo.  
 Passer viridis, capite rubro. *Edw. av. 23. t. 23.*  
*Habitat in America.*
- rubra. 13. F. rubra tota.  
 Muscicapa rubra. *Catesb. car. 1. p. 56. t. 56.*  
*Habitat in America.*
- trifidis. 14. F. flava, fronte nigra, alis fuscis.  
 Carduelis americana. *Catesb. car. 1. p. 43. t. 43.*  
*Habitat in America septentrionali.*
- Zena. 15. F. capite nigro, fascia alba alarum supra infraque ocu-  
 los, pectore fulvo.  
 Fringilla bahamensis. *Catesb. car. 1. p. 42. t. 42.*  
*Habitat in America meridionali.*
- brasiliana. 16. F. cauda cuneiformi, corpore rufescente, temporibus  
 uropygio abdomineque violaceis, rostro rubro.  
 Fringilla coloribus rufo & cæruleo brasiliensis. *Edw.*  
*av. 191. t. 191.*  
*Habitat in Brasilia.*
- butyracea. 17. F. virens, superciliis pectore abdomineque flavis, re-  
 cæ. migibus primoribus margine exteriori albis.  
 Chloris indicus. *Edw. av. 84.*  
*Habitat in Madera.*  
*Similis Loxiæ butyracæ, sed rostrum minus.*
- Canaria. 18. F. rostro corporeque albicante, rectricibus remigibus-  
 que virescentibus. *Fn. fœc. 207.*  
 Canaria. *Gefn. av. 240. Aldr. orn. l. 18. c. 5.*  
 Passer canariensis. *Jonst. av. t. 36. Will. orn. 192. t.*  
*46. Raj. av. 91. n. 6. Alb. av. 1. p. 62. t. 65.*  
*Frisch. av. 2. t. 12. f. 5. Olin. av. 7.*  
*Habitat in Canariis insulis.*  
*Seminibus Phalaridis imprimis victitans; hybrida parit.*  
*sed non ejus nepos.*
- Spinus. 19. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immacula-  
 tis, rectricibus basi flavis apice nigris. *Fn. fœc. 203.*  
 Acanthus avicula. *Gefn. av. 1.*  
 Spinus f. Ligurinus. *Aldr. orn. l. 18. c. 4. Will. orn.*  
*192. t. 46. Raj. av. 91. n. 1. Alb. av. 3. p. 71.*  
*t. 76. Frisch. av. 2. t. 11. f. 1. 2. Olin. av. 15.*  
*Habitat in Europæ juniperetis.*

- flammea.20. F. fusca. crista flammea. *Faun. fœcc.* 201.  
 Linaria f. Luteola nigra. *Klein. av.* 93.  
*Habitat in Europa.*
- flaviro- 21. F. fusca. rostro flavicante. *Faun. fœcc.* 204.  
 ftris. *Habitat in Europa.*
- cannabi-22. F. remigibus primoribus reëtricibusque nigris utroque  
 na. margine albis. *Fn. fœcc.* 209.  
 Linaria rubra major. *Will. orn.* 191. t. 46. *Raj. av.*  
 90. n. 2. *Alb. av.* 3. p. 68. t. 72. 73. *Frisch. av.* 2.  
 t. 9. f. 1. 2.  
*Habitat in Europa.*
- Linaria. 23. F. remigibus reëtricibusque fuscis margine obsolete  
 pallido, litura alarum albida. *Fn. fœcc.* 210.  
 Linaria rubra. *Gefn. av.* 591. *Aldr. orn.* l. 18. c. 9.  
*Will. orn.* 191. *Raj. av.* 91. n. 3. *Alb. av.* 3. p. 70.  
 t. 75. *Frisch. av.* t. 10. f. 3. 4.  
*Habitat in Europa.*
- angolen-24. F. dorso fusco, abdomine caudaque cæruleis.  
 fis. Fringilla ventre cæruleo. *Edw. av.* 131. t. 131.  
*Habitat in Angola & Africa.*
- violacea.25. F. violacea. fronte subtusque flavissima. *Mus. Ad. Fr.*  
 2. p. . .  
*Habitat in Calidis regionibus.*  
*Nigro-cærulca sunt* Dorsum, Collum, Remiges. Re-  
 ëtrices *supra.* *Flavissima sunt* Frons, Pectus. Ab-  
 domen, Collum *subtus.* Rostrum *brevissimum,* tri-  
 gonum. *nigrum apice incurve.*
- Schœni-26. F. reëtricibus fuscis: extimis duabus macula alba cu-  
 clus. neiformi. corpore griseo nigroque. capite nigro.  
 Fringilla capite nigro. maxillis rufis, torque albo, cor-  
 pore rufo-nigricante. *Fn. fœcc.* 211.  
 Passer aquaticus f. Schœniclos. *Gefn. av.* 652.  
 Junco f. Passer arundinaceus. *Aldr. orn.* 529.  
 Passer torquatus in arundinetis nidificans. *Will. orn.* 196.  
*Raj. av.* 93. n. 3.  
 Cannevarola. *Alb. av.* 2. p. 47. t. 51.  
*Habitat in Europa.*  
*Similis F. domesticæ gula nigra. sed capite nigro, col-  
 lari albo, cauda maxime forcipata.*



domesti- 27. F. remigibus rectricibusque fuscis. corpore griseo nigroque, fascia alarum alba solitaria.

Fringilla remigibus rectricibusque fuscis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *En. fœc.* 212.

Passer domesticus. *Gesn. av.* 643. *Aldr. orn. l.* 15. c. 10. *Will. orn.* 182. t. 44. *Raj. av.* 86. *Alb. av.* 1. p. 5. 9. t. 62. *Frisch. av.* . . t. 8. f. 1. 2. *Olin. av.* 42.

*Habitat in Europa prope rura.*

*Salacissimus qui vigesies sæpe coit. Hortis pessima.*

*Statura præcedentis: corpus & artus nigra. Elytra apice pallidiora f. picca. Antennæ corpore longiores: articulis 4 primis brevioribus clavatis f. apice rotundatis: reliquis compressis.*
- textor. 27. *C. thorace spinoso, elytris obtusis convexis atris, antennis mediocribus.*  
*Uddm. diff. n.* 29. *Cerambyx fordide niger. punctis elevatis sparsis, antennis crassis corporis longitudinem subæquantibus.*  
*Habitat in Europa.*

- fuliginator. 28. *C. thorace subspinoso niger*, elytris cinerascens, antennis brevioribus.  
*Habitat in Germania. P. Forstkühl.*  
*Minor Ape: totus ater. Antennæ vix corporis longitudine. Thorax rotundatus. parce spinosus. Elytra minus acuta, rore cinereo fordido inquinata.*
- coquus. 29. *C. thorace subspinoso hirsuto*, elytris obtusis fulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.  
*Habitat in Canada. Kalm.*  
*Spinæ thoracis villosi potius digitis quam oculis observantur.*
- curfor. 30. *C. thorace spinoso*, elytris obtusis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.  
*Fn. fœc. 481. Cerambyx rufus. coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.*  
*Habitat in Europa.*
- kæhleri. 31. *C. thorace spinoso niger*, thorace elytrisque macula magna nigra.  
*Habitat in Italia. M. Kähler.*  
*Magnitudo media. Corpus & artus nigra. Thorax sanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra. Elytra sanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque clytro communi, a medio ad apices fere extensa. Femora apice emarginata, acuta. Antennæ vix corporis longitudine.*
- inquisitor. 32. *C. thorace spinoso*, elytris nebulosis fusco subfasciatis, antennis corpore brevioribus.  
*Fn. fœc. 485. Cerambyx cinereus nigro nebulosus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.*  
*Frisch. inf. 13. t. 14.*  
 β. *Fn. fœc. 486. Cerambyx cinereus coleoptris fasciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.*  
*Habitat in Europa.*
- fur. 33. *C. thorace spinoso gibboso*, coleoptris ovatis: fascia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.  
*Fn. fœc. 487. Cerambyx testaceus, elytrorum fascia duplici albida. thorace spinoso.*

*Habitat in herbariis, insectorum collectionibus, avibus exsiccatis, pellibus, utensilibus, culinis, pessimus nobis hospes.*

*Genere anceps ob Antennas filiformes & quod caput Dermestidis more intra thoracem retrahat incurvatum.*

*· · · Thorace inermi subcylindrico.*

- carcharias. 34. C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. *Fn. fvec.* 493.  
*Gæd. inf.* 2. t. 51. *List. gæd. f.* 106.  
*Pet. gaz.* t. 2. f. 1.  
*Habitat in Europa.*
- scalaris. 35. C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus. *Fn. fvec.* 494.  
*Habitat in Europa.*  
*Variat linea cærulefcente loco flavæ.*
- populneus. 36. C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.  
*Gadd fat.* 79. *Cerambyx fusco cinereus*, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.  
*Habitat in Europa.*
- cylindricus. 37. C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.  
*Raf. inf.* 2. *scarab.* 2. t. 3.  
*Habitat in Europa.*  
*Antennæ vix corpore longiores.*
- oculatus. 38. C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.  
*Uddm. diff.* 31. *Cerambyx ferrugineo-rufus*, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.  
*Habitat in Europa.*  
*Antennæ mediocres.*
- zonarius. 39. C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtusis fuscis: fascia lineari albida.  
*M. L. U.*  
*Habitat in America.*

· · · · · *Thorace inermi subrotundo f. ex globofo depresso.*

- ferrati-cornis. 40. *C. thorace mutico subovali, corpore lurido fusco, antennis compressis ferratis mediocribus.*  
*Habitat in Europa.*
- rusticus. 41. *C. thorace mutico subrotundo nudo, corpore lurido, antennis brevioribus subulatis.*  
*Fn. fœc. 492. Cerambyx fuscus, punctis thoracinis impressis.*  
*Habitat in Europa.*
- femora-tus. 42. *C. thorace inermi subrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.*  
*Habitat in Germania.*  
*Sequenti dimidio minor, angustior; sola femora rubra. Antennæ vix corporis longitudine.*
- violaceus. 43. *C. thorace mutico subrotundo, corpore violaceo, antennis mediocribus.*  
*Fn. fœc. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis.*  
*Gadd diff. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, elytris cærulefcentibus.*  
*Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 1.*  
*Habitat in Europa.*
- auratus. 44. *C. thorace dente laterali depresso viridi-inauratus, antennis nigris, femoribus posticis cæruleis.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Similis C. violacco. Caput & Thorax viridi-inaurata. Dens thoracis utrinque postice a basi sinu excavatus. Elytra rubro-viridi-aurata. Antennæ nigræ, vix corpore longiores. Abdomen & totum corpus subtus viridi-æneum. Pedes purpurei: Femora postica cærulea.*
- stigma. 45. *C. thorace submutico subrotundo excavato punctato, corpore atro, elytris lævibus: stigmate albo.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Totus niger. Thorax hemisphæricus, submarginatus, punctis numerosis excavatus, postice ad angulum lateralem vix dentibus duobus utrinque excavatus. Scutellum læve, longius quam in reliquis. Elytra lævia, nigra.*

*nigra. fngula pone scutellum lineola extrorsum obliqua alba.*

fstriatus. 46. C. thorace mutico subrotundo. corpore nigro, elytris fstriatis, antennis brevibus.

*Habitat in Europa.*

testaceus. 47. C. thorace mutico subrotundo glabro. corpore testaceo, antennis mediocribus. *Fn. fvec. 491.*

*Habitat in Europa.*

bajulus. 48. C. thorace mutico subrotundo villofo. tuberculis duobus, antennis brevibus.

*Fn. fvec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villofo cinereo, punctis duobus glabris.*

*Frisch. inf. 13. t. 10.*

3. *Fn. fvec. 490. Cerambyx testaceus, thorace villofo cinereo lineolis duabus glabris.*

*Habitat in Europa: in America septentrionali. Kalm.*

fennicus. 49. C. thorace mutico subrotundo tuberculis subferrugineo obfoletis, elytris violaceis, antennis longiusculis.

*Uddm. diff. 33. Cerambyx elytris nigro cæruleis apice abdominis ferrugineo.*

*Habitat in Europa.*

undatus. 50. C. thorace mutico subrotundo tuberculato. elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus. *Fn. fvec. 488.*

*Habitat in Europa.*

fanguineus. 51. C. thorace mutico subrotundo elytris que fanguineis. corpore nigro, antennis mediocribus.

*Habitat Upsaliæ in parietibus. Isac. Uddmann.*

*Statura omnino C. Bajuli, at Thorax supra Scutellum.*

*Elytra, Anus omnino fanguinea, tomento vix conspicuo; reliqua atra. Thorax supra magis lateribus depressus. quam bajulus.*

castaneus. 52. C. thorace mutico subrotundo, corpore que nigro, elytris antennis pedibus que ferrugineis, antennis brevioribus.

*Habitat in Svecia.*

*Magnitudo C. undati, sed paulo angustior. Femora postica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennæ corpore breviores. Affinis C. rustico, sed minor.*

180. LEPTURA. *Antennæ* fetacæ.  
*Elytra* apicem versus attenuata.  
*Thorax* teretiufculus.

*Thorace ovato f. antrorjum oblongiufculo anguftiore. Elytris apice truncatis.*

aquatica. 1. L. deaurata, antennis nigris, femoribus pofticis dentatis.

*Fn. fœc.* 509.

*Raj. inf.* 100. Cantharis arundines frequentans.

3. Leptura subæneo-violacea, femoribus pofticis dentatis.

*Fn. fœc.* 510.

*Habitat in plantis aquaticis, Nymphæis, Caricibus, Phellandrio. cujus radici adhæret pupa intra globum brunneum.*

mélanu- 2. L. nigra, elytris rubefcentibus lividisve apice nigris. *Fn.*  
 ra. *fœc.* 499.

*Friſch. inf.* 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major violaceo ruber.

*Raj. inf.* 499. Cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.

*Pet. gaz. t.* 30. f. 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.

*Gadd. diff.* 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obfolete fordideque flavefcentibus.

*Habitat in Europa.*

rubra. 3. L. nigra, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. fœc.* 500.

*Fn. fœc.* 497. Leptura nigra, thorace elytris que rufis.

*Friſch. inf.* 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.

*Habitat in Europa.*

virens. 4. L. viridi-flava, antennis luteo viridique variis. *Faun.*  
*fœc.* 496.

*Habitat in Europa.*

fericea. 5. L. viridi-cærulea, elytris fubafitigiatis.

*Habitat in Europa.*

4-macu- 6. L. nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris. *Fn.*  
 lata. *fœc.* 502.

*Habitat in Europa.*

7. L.

- meridiana. 7. *L. nigra*, abdomine pedibus basique elytrorum flavis.  
*Habitat in Germania. Forskühl.*  
*Statura L. melanurae, sed major; basis antennarum rufa.*  
*Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices praemorsæ.*
- interrogationis. 8. *L. nigra*, elytris lividis: fascia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.  
*Uddm. diff. 35. t. 1. f. 2. Leptura nigra, elytris fusco flavis: maculis octo nigris.*  
*Habitat in Europa.*
- 6-maculata. 9. *L. nigra*, coleoptris testaceis: maculis sex nigris marginæ connexis. *Fn. fœc. 504.*  
*Habitat in Europa.*
- 4-fasciata. 10. *L. nigra*, elytris testaceis, fasciis quatuor nigris. *Faun. fœc. 505.*  
*Habitat in Europa.*
- attenuata. 11. *L. elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis.*  
*Habitat in Europa.*
- nigra. 12. *L. elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo.*  
*Habitat in Europa.*  
 \* \* *Thorace subglobofo, nec antice attenuato. Elytris apice obtusis, nec truncatis.*
- virginea. 13. *L. thorace globofo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.*  
*Gadd diff. 26. Leptura nigra, elytris cærulefcentibus, toto abdomine rubro.*  
*Habitat in Europa.*
- collaris. 14. *L. thorace globofo abdomineque rubris, elytris nigris.*  
*Habitat in Europa.*
- rustica. 15. *L. thorace globofo tomentoso, elytris cinereis: fasciis linearibus albidis undatis.*  
*Habitat in Europa.*
- mystica. 16. *L. thorace globofo tomentoso, elytris fusco-cinereis antice rufis: fasciis linearibus arcuatis lataque canis.*  
*Habitat in Europa.*



- necyda- 17. L. thorace subglobofo, clytris subulatis mucronatis  
lea. glauco-aureis.  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Similis L. aquatica. Elytra attenuata & vere subula-  
ta, glaberrima, glauco-flavescentia, margine purpura-  
fcente. Caput nigrum. Antennæ filiformes, nigræ.  
corpore  $\frac{1}{2}$  breviores. Femora clavata. Abdomen ni-  
grum, teres ut ichneumoni, incisuris margine albis.*
- detrita. 18. L. thorace globofo nigricante, elytris fuscis: fasciis  
quatuor transversis flavis, pedibus rufis.  
*Uddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris ni-  
gro cinereis punctis excavatis nigris.*  
*Habitat in Europa.*
- arcuata. 19. L. thorace globofo nigro, elytris nigris: fasciis linea-  
ribus flavis: tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferru-  
gineis.  
*Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 4. f. 1. Scarabæus arboreus lu-  
teo pictus.*  
*Uddm. diff. 30. Cerambyx nigris elytris: fasciis 4 flavis  
arcuatis.*  
*Habitat in Europa.*
- arietis. 20. L. thorace globofo nigro. elytris nigris: fasciis flavis:  
secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis.  
*Fn. fvec. 507. Leptura nigra, elytrorum lineis trans-  
versis flavis, pedibus testaceis.*  
*Raj. inf. 82. n. 22. Scarabæus niger, lineolis luteis  
pulchre variegatus.*  
*Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 5. f. 3. Liff. mut. t. 31. f. 1.*  
*Habitat in Europa.*
- præufta. 21. L. thorace subglobofo fusco, elytris flavis, apice ni-  
gris, pedibus quatuor pallidis.  
*Fn. fvec. 506. Leptura nigra, elytris flavis apice nigris.*  
*Habitat in Europa.*
- linearis. 22. L. thorace ovato, corpore cyaneo lineari. antennis  
longioribus. *M. L. U.*  
*Habitat in India.*  
*Antennæ corpore sesquialongiores. Variat femoribus clava-  
tis & linearibus.*

181. CANTHARIS. *Antennæ fetaceæ.*  
*Elytra flexilia.*  
*Thorax planiusculus.*  
*Abdominis latera plicato-pappilosa.*
- Clypeo femiorbiculato. antice rotundato. Femina aptera.*
- Noctilu- 1. *C. oblonga nigra, thorace testaceo margine laterali ni-*  
 ca. *gro. Fn. fœc. 584.*  
*Aldrov. inf. 492. Column. ceph. 1. f. 38. t. 36.*  
*Mouff. inf. 109. f. 1. 2. Jonst. inf. t. 14. f. 2.*  
*Raj. inf. 78. 79. Brull. nat. 26. f. 3.*  
*Uddm. diff. 47.*  
*Habitat in Europæ juniperetis graminosis.*  
*Corpus nigrum. Elytra punctis excavatis, vix conspicuis.*  
*Thorax testaceus totus.*
- Pyralis. 2. *C. oblongiuscula fusca, elytris margine rufescentibus,*  
*thoraceque intra marginem purpurascente.*  
*Habitat in America septentrionali.*
- Laupy- 3. *C. ovata. elytris fuscis: macula marginali triangulari*  
 ris. *flava.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Clypeus thoracis flavus; macula fusca in fronte. Elytra*  
*fusca macula flava in medio marginis lateralis. An-*  
*nus subtus apice flavus.*
- ignita. 4. *C. ovata, elytris fuscis: macula marginali ovata lutea.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Clypeus antice maculis 2 fuscis. Corpus fuscum. Alæ*  
*nigræ. Abdomen totum subtus flavum.*
- lucida. 5. *C. oblonga, elytris fuscis margine exteriori luteis. ab-*  
*domine toto subtus flavo.*  
*Habitat in America.*  
*Simillima C. noctiluca, sed pallidior, & Abdomen totum*  
*flavum. Antennæ & Caput nigræ.*
- phospho- 6. *C. oblonga subtestacea, abdomine atro: postice flavissimo.*  
 rea. *Habitat in America. Rolander.*  
*Abdominis segmenta duo ultima flavissima, porisque duo-*  
*bus pertusa. Antennæ nigræ.*

- maurita- 7. *C. elytris lividis, corpore flavo.*  
 nica. *Habitat in Algeria. E. Brander.*  
*Duplo major prima. Clypeus f. thorax. Pectus. Abdomen obsolete flava. Elytra excolite subfusca. Femina f. Aptera triplo major nostrate cum puncto flavo ad angulum anteriorem ejusvis segmenti corporis.*
- chinen- 8. *C. elytris testaceis apice nigris. Osb. iter. 224.*  
 fis. *Habitat in Asia.*
- italica. 9. *C. elytris fuscis. thorace rufo: medio nigro.*  
*Habitat in Italia. J. Rathgeb. Equ.*  
*Minor reliquis. Fusca sunt Elytra, Caput. Antennæ. Abdomen, exceptis 2 ultimis segmentis flavis. Thorax rufus medio macula nigra. Pectus, & Pedes lutei. Femina nigra, singulo segmento supra ad angulum marginalem macula testacea; in segmentis tribus primis majoribus.*  
*Clypeo planiusculo utrinque truncato f. quadrato: lateribus rotundatis marginatis.*
- fusca. 10. *C. thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuscis. Fn. fœcc. 586. It. æl. 38.*  
*Raj. inf. 84. n. 29. & 101. n. 2.*  
*Frisch. inf. 12. t. 3. icon. 6. f. 5.*  
*Habitat in Europa frequens.*  
*Sævit sæpe in propriam speciem.*
- livida. 11. *C. thorace marginato, tota testacea.*  
*Fn. fœcc. 585. C. elytris testaceis, thorace rubro immaculato.*  
*Raj. inf. 84. n. 26. Cantharis sepiarius major e rufo flavicans.*  
*Habitat in Europa.*
- rufa. 12. *C. thorace marginato, tota rufa, epigastrio alisque nigris.*  
*Habitat in Europa.*
- sanguinea. 13. *C. thorace marginato: macula nigra. tota rubra. elytris sanguineis.*  
*Fn. fœcc. 587. Cantharis elytris rubris. thorace rubro macula nigra.*

*Raj. inf.* 101. n. 4.      *Frisch. inf.* 12. t. 3. ic. 7. f. 2.  
*Habitat in Europa.*

- obscura. 14. *C. thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Similis C. fusca, sed duplo minor; abdominis ultima*  
*segmenta subtus non rubra, sed nigra, quamvis latera*  
*segmentorum rufa. Thorax non rufus macula media*  
*fusca, sed niger solis marginibus lateralibus rubris.*
- lateralis. 15. *C. thorace marginato rubro, corpore fusco, elytris*  
*marginem exteriore flavescentibus.*  
*Habitat in Europa.*
- ænea. 16. *C. thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris*  
*extrorsum undique rubris. Fn. fœc. 588.*  
*Raj. inf.* 77. *Scarabæus minor, corpore longiusculo,*  
*elytris rubicundis.*  
*Schæff. monogr.* 1754. t. 2. f. 10, 11.  
*Habitat in Europa.*
- bipustu- 17. *C. thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris*  
 lata.      *apice rubris. Fn. fœc. 589. It. vl. 127.*  
*Raj. inf.* 101. n. 7.  
*Habitat sæpe in Caricibus Larva rapax minorum in-*  
*sectorum.*
- pedicula- 18. *C. thorace marginato, corpore atro, elytris apice*  
 ria.      *rubris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Pediculo æqualis, quater minor præcedente.*
- fasciata. 19. *C. thorace marginato virescente, elytris nigris: fasciis*  
*duabus rubris. Fn. fœc. 590.*  
*Habitat in Europa.*
- biguttata. 20. *C. thorace marginato atro, elytris nigris apice flavis.*  
*Fn. fœc. 591.*  
*Habitat in Europa.*
- minima. 21. *C. thorace marginato rufo macula nigra, corpore fu-*  
*sco, elytris apice flavis. Fn. fœc. 592.*  
*Fn. fœc. 598. Necydalis elytris apice puncto flavo.*  
*Habitat in Europa.*

- testacea. 22. *C. thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis.*  
*Fn. fœc. 593. Cantharis nigra. elytris lividis.*  
*Habitat in Europa.*
- pectinata. 23. *C. atra. clypei lateribus basique exteriore elytrorum luteis, antennis pectinatis.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Antennæ atræ. pectinato-ferratæ. Elytra atra, striata punctis excavatis.*
- ferrata. 24. *C. flavescens, elytris striatis: fasciisque tribus nigris, antennis ferratis.*  
*Habitat in America. Rolander.*  
*Antennæ compressæ, ferratæ, nigræ. longitudine corporis.*
- tropica. 25. *C. thorace marginato lateribus rubro, elytris nigris fascia alba. antennis pectinatis. M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Elytra lata, submembranacea, apicem versus latiora & rotundata.*
- pectini-cornis. 26. *C. thorace orbiculato, elytris rufo-testaceis. antennis pectinatis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Thorace tertiusculo.*
- cærulca. 27. *C. thorace teretiufculo, corpore cæruleo.*  
*Habitat in Europa.*
- viridissima. 28. *C. thorace teretiufculo, corpore viridi.*  
*Habitat in Europa.*  
*Hæc dimidio præcedenti minor, cum qua convenit figura thoracis subcylindrica ad Cicindelas accedente, sed neque oculi prominentes. neque maxillæ exsertæ. neque cursus celer & expeditus.*
- navalis. 29. *C. thorace teretiufculo, corpore luteo. elytris margine apiceque nigris.*  
*It. Wgoth. 153. t. 2.*  
*Habitat intra Querci lignum.*
- melanura. 30. *C. thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.*  
*Habitat in Europa.*

182. ELATER. *Antennæ fetacæ.*  
*Corpus dorso impositum exfliens*  
*mucrone thoracis e foramine*  
*abdominis resiliente.*
- oculatus. 1. E. thorace ocellis binis atris: iridibus albis, corpore nigricante. *M. L. U.*  
*Pct. gaz. t. 10. f. 4.* Scarabæus elasticus major, capite bimaculato.  
*Aſt. anglic. 246. p. 396. n. 13. & 271. p. 842. n. 32.*  
*Habitat in America ſeptentrionali.*
- noctilucus. 2. E. thoracis lateribus macula flava glabra. *M. L. U.*  
*Sloan. jam. 2. p. 206. t. 237. f. 1.* Scarabæus medius fuscus, thorace angulato lucem emittente.  
*Brown. jam. 432. t. 44. f. 10.* Elater major fuscus phosphoricus.  
*Habitat in America.*  
*Thoracis ocellis noctu lucet uti Cantharis noctiluca & Cicada laternaria.*
- phosphoreus. 3. E. fuscus, thorace poſtice maculis duabus flavis glabris. *Habitat in America. Rolander.*  
*Similis præcedenti, ſed dimidio minor. Antennæ fetacæ.*  
*Elytra pilis adpreſſis fuſca, ſtriata. Maculæ ſ. puncta lutea thoracis, non ad latera, ſed intra marginem poſticum ſ. inter dentes thoracis poſticos, noctu tiam lucent.*
- brunneus. 4. E. thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.  
*Habitat in Europa.*
- ſyriacus. 5. E. thorace rufo, elytris fascia duplici alba, corpore nigro. *M. L. U.*  
*Habitat in Syria. Haſſelqvist.*
- cruciatus. 6. E. thorace nigro lateribus ferrugineis, coleoptris flavis: cruce nigra margineque nigro.  
*Habitat in Europa.*
- linearis. 7. E. thorace nigro lateribus rufis. elytris teſtaceis linearibus.

- Fn. fvec.* 582. Elater thorace rubro, elytris grifeis.  
*Uddm. diff.* 46. Elater canthariformis niger, ano rufo,  
 elytris ex rufo pallide fuscis striatis.  
*Habitat in Europa.*
- ruficol- 8. E. thorace rubro nitido antice nigro, elytris corpore-  
 lis. que nigris.  
*Fn. fvec.* 576. Elater niger. thorace rubro.  
*Habitat in Europa.*
- mesome- 9. E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore  
 lus. elytrisque nigris.  
*Habitat in Europa.*  
*Antecedenti paulo major. Pectus in medio nigrum. Anus flavus. Thorax rugis aliquot impressis.*
- castaneus. 10. E. thorace testaceo pubescente, elytris flavis apice ni-  
 gris, corpore atro. *Fn. fvec.* 573.  
*List. loqu.* 387. Scarabæus ex fusco rufescens f. ca-  
 staneus.  
*Habitat in Europa.*
- ferrugi- 11. E. corpore toto ferrugineo.  
 neus. *Habitat in Svecia.*  
*Reliquis nostratibus major. Thorace obscure ferrugineo. Antennæ ferratæ, thorace paulo longiores.*
- sangui- 12. E. thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *Faun.*  
 neus. *fvec.* 574.  
*Habitat in Europa.*
- balteatus. 13. E. thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, cor-  
 pore nigro. *Fn. fvec.* 580.  
*Raj. inf.* 78. n. 13. Scarabæus minor, longo & angu-  
 sto corpore, elytris bicoloribus e fulvo & nigro.  
 saltatrix.  
*Habitat in Europa.*
- margina- 14. E. thorace subfusco, elytris testaceis margine undique  
 tus. nigris.  
*Habitat in Europa.*
- spuator. 15. E. thorace fusco nitido. elytris testaceis, corpore  
 nigro.

- Fn. fœc.* 583. Elater niger elytris fuscis. antennis pedibusque rufis.  
*Habitat in Europa.*
- obscurus. 16. E. thorace fusco obscuro. elytris obscure testaceis.  
*Habitat in Europa.*  
*Simillimus præcedenti, sed latior antennisque brevioribus.*
- trifidis. 17. E. thorace atro nitido, elytris basi margineque exteriore lividis.  
*Habitat in Europæ lignis putridis.*
- fasciatus. 18. E. thorace nigricante, elytris nigricantibus: fascia alba undulata.  
*Habitat in Europa.*
- murinus. 19. E. thorace obscure cinereo, elytris cinereo-nebulosis, plantis rufis.  
*Habitat in Europa.*
- tessellatus. 20. E. thorace obscure æneo, elytris fuscis: maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris.  
*Gadd sat.* 80. Elater niger, pilis minimis flavo-æneis junctim intermixtis.  
*Habitat in Europa.*
- æneus. 21. E. thorace elytrisque cærulefcenti-æneis, pedibus sanguineis.  
*Fn. fœc.* 578. Elater viridi-æneus, pedibus fulvis.  
*Habitat in Europa.*
- pectini-cornis. 22. E. thorace elytrisque æneis, antennis pectinatis.  
*Fn. fœc.* 575. Elater fusco-viridi-æneus.  
*List. loqu.* 387. *mut. t.* 17. *f.* 14. Scarabæus nigro-virescens, corniculis altero tantum versu pectinatis.  
*Habitat in Europa.*
- niger. 23. E. thorace elytris pedibus corporeque nigris.  
*Fn. fœc.* 577. Elater totus nigro-fuscus.  
*Habitat in Europa.*
- minutus. 24. E. thorace nigro nitido. elytris nigris obscuris.  
*Habitat in Europa.*  
*Magnitudo vix dupla Pediculi.*



183. CICINDELA. *Antennæ* fetaceæ.  
*Maxille* prominentes, denticulatae.  
*Oculi* prominuli.  
*Thorax* rotundato-marginatus.
- campe- 1. *C. viridis*, elytris punctis quinque albis. *Fn. fœc.* 548.  
 ftris. *Mouff. inf.* 145. *f. infima.* *Joult. inf. t.* 16.  
*List. loqu.* 386. *mut. t.* 17. *f.* 12.  
*Habitat in Europæ campis arcuosis.*
- hybrida. 2. *C. subpurpurascens*, elytris fascia lunulisque duabus albis.  
*Habitat in Europa.*
- germani- 3. *C. viridis*, elytris punctis duobus albis cum lineola  
 ca. apicum.  
*Habitat in Germania. P. Forskål.*  
*Simillima C. campestris, sed triplo minor, tota æneo-viridis. Elytra viridia apice lineola albicante & punctis 2 albis ad marginem exteriorem.*
- fylvatica. 4. *C. nigra*, elytris fascia punctisque duobus albis.  
*Fn. fœc.* 549. *Cicindela atra*, coleoptris maculis sex fasciaque albis.  
*Habitat in Europæ Pinetis.*
- maura. 5. *C. nigra*, elytris punctis sex albis: tertio & quarto confluentibus.  
*Habitat Algeriæ. E. Brander.*  
*Statura C. campestris. Frons alba. Elytra punctis 6 albis longitudinalibus ad marginem exteriorem: sed 3 & 4 transverse positis confluentibus.*
- riparia. 6. *C. viridi-ænea*, elytris punctis latis excavatis. *Fn. fœc.* 550. *It. vl.* 38. 121.  
*List. loqu.* 385. *Scarabæus parvus inauratus.*  
*Habitat in Europæ humentibus.*

aquati- 7. *C. ænea nitida*.  
ca. *Fn. fœcc.* 558. *Buprestis fusco-ænea nitida*. thorace  
submarginato.  
*List. mut. t.* 31. *f.* 13.  
*Habitat in Europæ aquis.*

184. BUPRESTIS. *Antennæ fetacæ longitudine*  
*thoracis.*  
*Caput dimidium intra thora-*  
*cem retractum.*

\* *Elytris fastigiatis.*

gigantea. 1. *B. elytris fastigiatis bidentatis rugosis, corpore inaura-*  
*to.* *M. L. U.*

*Sloan. jam. 2. p.* 210. *t.* 236. *f.* 1. 2. *Cantharis ma-*  
*xima, elytris cuprei coloris fulcatis.*

*Mer. fur. t.* 50. *f. infima.* *Grew. musf.* 165. *t.* 13.

*Habitat in America, Asia.*

8-gutta- 2. *B. elytris fastigiatis muticis maculis quatuor albis, cor-*  
*ta.* *pore cæruleo.*

*It. scan.* 23.

*Uddm. diff.* 42.

*Habitat in Oceano ad Norvegiam.*

*Magnitudine cedit nostratibus majoribus. Antennæ nigrae*  
*longitudine thoracis. Caput nigrum aut cæruleum.*  
*lineola alba ante oculos. Thorax niger aut cæruleus*  
*marginè albo. Elytra nigra aut cærulea striata, ob-*  
*tusissima, maculis octo albis longitudinaliter digestis.*  
*Abdomen cæruleum cum linea alba utrinque versis*  
*basin transversa, & in singulo segmento utrinque par-*  
*punctorum alborum, ut sint sub abdomine maculae 18*  
*albæ. Pedes cærulei cum puncto albo in femoribus*  
*quatuor posterioribus. Variat colore cæruleo, nigro.*  
*aureo absque vel cum maculis.*

' ' *Elytris versus apicem ferratis.*

gnita.(\*) 3. *B. elytris ferratis, thorace impresso, corpore inaurato.*  
*tibiis teretibus.* *M. L. U.*

*Grew. musf.* 166. *t.* 13. *Beetle.*

*Pet. gaz. t.* 20. *f.* 8. *vel t.* 48. *f.* 5?

*Habitat in Indiis.*

*Elytra apice imprimis colore auri candefacti.*

4. *B.*

---

*Buprestes pleræque in aquis & sub aqua degunt.*

(\*) lege: ignita. *Vide Emendanda pag.* 824.

- frieta. 4. *B. elytris ferratis fulcatis, tibiis angulatis, abdomine glabro.* *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Thorax a tergo minime impressus.*
- sternicor-nis. 5. *B. elytris ferrato-tridentatis, thorace punctato, pectore antrorsum mucronato: corpore inaurato.* *M. L. U.*  
*Grav. mus. 167. t. 13. Carabus orientalis crassius.*  
*Habitat in India.*  
*Elytra basi notata puncto depresso latiore, colore variant.*
- mariana. 6. *B. elytris ferratis longitudinaliter rugosis: maculis duabus impressis, thorace fulcato.*  
*Fn. fec. 557. Buprestis æneo-nitida supra cinerea. coleoptris apice attenuatis.*  
*Pet. gaz. t. 2. f. 2. Cantharis marianus viridis perelegans. vaginis fulcatis signaturis flavescens notatis.*  
*Habitat in Europa, America.*
- chryso-stigma. 7. *B. elytris ferratis longitudinaliter fulcatis, maculis duabus aureis impressis, thorace punctato.*  
*Fn. fec. 556. Buprestis fusco-ænea, elytris maculis æneis impressis.*  
*Habitat in Europa.*
- rustica. 8. *B. elytris striatis, thorace punctato.*  
*Fn. fec. 555. Buprestis viridi-ænea immaculata.*  
*Habitat in Europa.*  
*Elytris integris.*
- fascicularis. 9. *B. elytris integerrimis striatis: punctis fasciculato-villosis, corpore inaurato hirsuto.* *M. L. U.*  
*Seb. mus. 2. p. 22. t. 20. f. 5. Scarabæus amboinensis.*  
*Pet. gaz. t. 13. f. 5. Scarabæus obscure viridis aureus papillis pilis albis obsitis undique hirtus.*  
*Habitat in India.*  
*Elytra punctis quintuplici serie digestis, barbato-fasciculatis.*
- hirta. 10. *B. elytris integerrimis, pedibus ferrugineis, corpore hirsuto.* *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Thorax & Elytra hirta.*

- nitidula. 11. *B. elytris integerrimis*, thorace marginato utrinque depresso, corpore nitidissimo.  
*Habitat in Europæ aquosis.*  
*Magnitudo Culicis. Corpus undique nitidissimum & colore varians e viridi, cæruleo aut aurco.*
- bimaculata. 12. *B. elytris integerrimis striatis* macula rubra, corpore fusco-viridi. *M. L. U.*  
*Habitat in India.*  
*Elytra striis elevatis glabris cum interjectis minoribus crenulatis.*
- trifidis. 13. *B. elytris integerrimis marginatis*, corpore cupreo, abdomine punctis decem nigris. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*
- cuprea. 14. *B. elytris integerrimis*, thoracis lateribus scabris, scutello tuberculari, corpore cupreo lævi. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Scutelli loco punctum prominens.*
- nobilis. 15. *B. elytris integerrimis*: fasciis linearibus duabus undatis inauratis, corpore fusco. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*
- 4-punctata. 16. *B. elytris integerrimis punctatis*, thorace punctis quatuor impressis, corpore obscuro.  
*Fn. fœc. 559. Buprestis atra, thorace punctis impressis.*  
*Habitat in Europa.*
- minuta. 17. *B. elytris integerrimis transverse rugosis*, thorace subtrilobo lævi, corpore ovato.  
*Habitat in Europa.*
- viridis. 18. *B. elytris integerrimis linearibus punctatis*, thorace deflexo, corpore viridi elongato.  
*Habitat in Europa.*
- linearis. 19. *B. lineari-oblonga murino-ænea*, thorace postice trilobo.  
*Habitat in America. Rolander.*

185. DYTISCUS. *Antennæ fetacæ aut clavato-perfoliatæ.*

*Pedes postici villosi, natatorii, submutici.*

\* *Antennis perfoliatis.*

piceus. 1. D. antennis perfoliatis, corpore lævi piceo acuminato. *Fn. fæcc. 561.* Dytiscus antennis perfoliatis fuscis. *Lyonnet leff. tab. 1. f. 15. 16. 12.*

*Habitat in Europa.*

*Nidus natans mucrone eminentè instructus.*

caraboides. 2. D. antennis perfoliatis, corpore glabro striis aliquot recurvis.

*Fn. fæcc. 562.* Dytiscus antennis perfoliatis nigris, elytris lævibus.

*Raf. aqu. 1. t. 4. f. 1. 2.*

*Habitat in Europa.*

fuscipes. 3. D. antennis perfoliatis, elytris striatis margine lividis, pedibus fuscis. *Fn. fæcc. 563.*

*Habitat in Europæ Aquis.*

\* *Antennis fetaccis.*

latiffimus. 4. D. niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava. *Fn. fæcc. 564.*

*Frisch. inf. 2. t. 7. f. 1, 2.* Scarabæus aquaticus magnus niger margine luteo.

*Habitat in Europæ Aquis.*

marginatus. 5. D. niger, thorace elytrorumque margine flavis. *Fn. fæcc. 565.*

*Raf. inf. 93. n. 1.*

*Mouff. inf. 164. f. bona.*

*Aldr. inf. 707.*

*List. mut. t. 5. f. 2.*

*Raf. inf. 2. aquat. 2. p. 7. t. 1. f. 9. 10.*

*Habitat in Europæ Aquis.*

striatus. 6. D. fuscus, elytris transverse subtilissime striatis.

*Habitat in Europæ aquis.*

fuscus. 7. D. fuscus, elytris transverse substriatis.

*Habitat in Europæ Aquis.*

8. D.

Dytisci Larvæ subaquaticæ sunt voracissimi aquatiliùm Crocodyli. Volatilia noctu exeunt volitantque ad alias aquas.

- cinereus. 8. *D. cinereus*, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Fn. fvec.* 566.  
*Hoffm. inf.* 2. t. 12. *List. mut.* t. 5. f. 1.  
*Raf. inf.* 2. aqu. 1. t. 3. f. 6.  
*Habitat in Europæ Aquis.*
- femistria-9. *D. fuscus*, elytris feminae fulcis dimidiatis decem vil-  
tus. losis.  
 $\alpha$ . *Dytiscus supra fuscus*, subtus ater. *Fn. fvec.* 568.  
 $\beta$ . *Dytiscus elytris striis viginti dimidiatis.* *Fn. fvec.* 567.  
*Raj. inf.* 94. n. 2. *Hydro-Cantharus elytris striatis f. canaliculatis.*  
*Frisch. inf.* 2. t. 7. f. 4. *Raf. inf.* 2. aqu. 1. t. 1. f. 10.  
*Habitat in Europæ Aquis.*
- fulcatus. 10. *D. elytris fulcis decem longitudinalibus.* *Fn. fvec.*  
569.  
*Frisch. inf.* 13. p. 13. t. 7. *Raf. aquat.* 1. t. 3. f. 7.  
*Bradl. natur.* t. 26. f. 2. A.  
*Raj. inf.* 569. *Hydrocantharus minor*, corpore rotun-  
dato plano.  
*Habitat in Europæ Aquis.*
- crythroce-11. *D. ovato-oblongus niger*, capite pedibusque rufis. *Fn.*  
phalus. *fvec.* 570.  
*Habitat in Europæ Aquis.*
- macula-12. *D. ovatus niger*, thorace nigro fascia pallida, elytris  
tus. albo-maculatis.  
*Uddm. diff.* 43.  
*Habitat in Europæ Aquis.*
- minutus. 13. *D. elytris fuscis basi lateribusque pallidis*, thorace fla-  
vo immaculato, corpore ovato.  
*Habitat in Europæ aquosis.*  
*Elytra punctis vix conspicuis adspersa.*  
*Antennis clavatis.*
- natator. 14. *D. ovatus glaber*, antennis capite brevioribus obtufis.  
*Fn. fvec.* 572.  
*Pet. gaz.* t. 13. f. 9. *Scarabæus niger supra aquam ve-*  
lociter circumnatans.

*Raj.*

---

*Maribus pedum anteriorum plantæ hemisphæricæ, Feminis sæpius elytra fulcata.*

*Raj. inf.* 87. n. 9. Scarabæus  $\nabla$  subrotundus e cæruleo viridi splendente undique tinctus.

*Raf. app.* 1. p. 195. f. 31.

*Habitat in Europæ lacubus, curfitans supra aquam velocissime; in America. Kalm.*

Scarabæoides. 15. D. ovalis convexus ater lævissimus, antennis filiformibus triarticulatis.

*Raf. inf.* 2. aqv. 1. t. 4.

*Habitat in Europæ aquis.*

*Magnitudo Scarabæi.*

186. CARABUS. *Antennæ fetacæ.*  
*Thorax* obcordatus apice truncatus, marginatus.  
*Elytra* marginata.

*Majores.*

coriaceus. 1. C. apterus ater opacus. elytris punctis intricatis subrugosis.

*Habitat in Germania. P. Forskål.*

*Inter maximos Europæos numerandus. Totus ater, lævis. Elytra absque fulcibus ex punctis confusis excavatis confluentibus confertis. Antennæ corpore breviores.*

granulatus. 2. C. apterus, elytris longitudinaliter punctatis.  
*Fn. fœc.* 511. Carabus ater, elytris convexè punctatis striatisque.

β. Carabus niger, elytris subvirescentibus convexè punctatis striatisque. *Fn. fœc.* 512.

γ. Carabus purpurascenti-niger, elytris convexè punctatis striatisque. *Fn. fœc.* 513.

*Raj. inf.* 96. n. 2. Cerambyx purpurea punctata.

*Lijl. mut. t.* 18. f. 4. *Hoffm. inf.* 2. t. 3.

*Habitat in Lignis putridis.*

leucophthalmus. 3. C. apterus. elytris lævibus: striis obsoletis octonis.  
*Fn. fœc.* 515. Carabus ater, elythro singulo striis octo.  
*Habitat in Europa.*

*Thorax. ratione magnitudinis infœli, minor quam in reliquis.*

4. C.

Carabi Larvæ sæpe intra Ligna putrida, muscos, terram &c. degunt; Volatilia vero insectorum imprimis Larvarum Leones sunt, cursu festinantes.

- nitens. 4. *C. apterus*, elytris porcatis: fulcis scabriusculis inauratis.  
*Fn. fvecc.* 517. & 518. *It. æl.* 96.  
*Raj. inf.* 96. n. 6. *Cerambyx* dorso in longas rugulas  
 diviso, omnium pulcherrimus.  
*Habitat in Europæ fylvis.*
- hortensis. 5. *C. apterus*, elytris porcatis: punctis æneis excavatis  
 triplici ferie.  
*Habitat in Europæ fylvis. Hortis.*
- violaceus. 6. *C. alatus*, elytris læviusculis nigris margine aureo, tho-  
 race subviolaceo. *Fn. fvecc.* 516.  
*Frisch. inf.* 13. t. 23. *Scarabæus terrestris nigricans.*  
*Raj. inf.* 96. n. 1. *Scarabæus major*, corpore oblongo,  
 e purpura nigricans.  
*Habitat in Europæ fylvis.*
- cephalotes. 7. *C. apterus*, elytris atris lævibus, thorace exserto oblongo.  
*Frisch. inf.* 13. p. 25. t. 22. *Scarabæus.*  
*Habitat in Europa.*
- inquisitor. 8. *C. elytris striatis viridi-æneis*: punctis triplici ordine.  
*Roland. æt. Stockh.* 1750. p. 292. t. 7. f. 3. *Carabus a-*  
*latus viridi-æneus*, concave punctatis striatisque, pedi-  
 bus antennisque nigris.  
*Habitat in Europæ arboribus larvis Papilionum Phala-*  
*enarumque visitans.*  
*Elytra aurata margine viridi. Thorax brevissimus.*
- lycophanta. 9. *C. aureo-nitens*, thorace cæruleo, elytris aureo-vi-  
 ridibus striatis, abdomine subatro.  
*Reaum. inf.* 2. t. 37. f. 18.  
*Habitat in Europa.*  
*Maximus europæus. Caput & Antennæ nigra: mar-*  
*gines thoracis elytrorumque aurci. Elytra striis 15*  
*crenatis.*
- \* *Minores.*
- lividus. 10. *C. thorace ferrugineo*, elytris nigris: lateribus lividis.  
*Habitat in Europa.*
- crepitans. 11. *C. thorace capite pedibusque ferrugineis*, elytris  
 nigris.



*Roland. Aët. Stockh. 1750. p. 292. t. 7. f. 2.* Cicindela capite thorace pedibusque rufis, elytris nigro-cæruleis.

*Habitat in Europa.*

america- 12. *C. niger*, thorace pedibus antennisque ferrugineis.  
nus. *Habitat in America. Rolander.*

*Similis C. crepitanti. sed quadruplo major.*

spinipes. 13. *C. piceus*, thorace linea excavata longitudinali, manibus spinosis.

*Habitat in Europa.*

*Postice pallidior est.*

cyanoccephalus. 14. *C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.*

*Fn. fæcc. 525. Carabus capite elytrisque cæruleis, thorace rubro.*

*Habitat in Europa.*

melanocephalus. 15. *C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.*

*Fn. fæcc. 526. Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro.*

β. *Fn. fæcc. 524. Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis.*

*Habitat in Europa.*

vaporariorum. 16. *C. thorace fusco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.*

*Fn. fæcc. 529. Carabus ater, elytris antice griseis.*

*Habitat in Europa.*

latus. 17. *C. niger, pedibus antennisque rufis. Fn. fæcc. 521.*

*Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalm.*

ferrugineus. 18. *C. ferrugineus, thorace glaberrimo.*

*Habitat in Europa.*

germanus. 19. *C. niger. capite pedibus elytrisque testaceis, elytris apice violaceis.*

*Habitat in Germania. P. Forskål.*

vulgaris. 20. *C. nigro-æneus, pedibus antennisque nigris. Faun. fæcc. 527.*

*Habitat in Europa.*

- cærule- 21. *C. nigro-cæruleus*, antennis basi rubris.  
fcens. *Habitat in Europa.*
- cupreus. 22. *C. æneus*, antennis basi rubris.  
*Habitat in Europa.*
- piceus. 23. *C. niger*, pedibus antennisque piceis.  
*Habitat in Europa.*
- margina- 24. *C. niger*, elytris margine flavis.  
tus. *Habitat in Europa.*  
*Corpus totum viridissimum. Elytra vix manifeste striata. Thoracis margo ferrugineus, sed vix conspicuus. Elytrorum margo exterior omnino flavus. Pedes subfusi. Antennæ nigræ. Variat capite thoraceque æneis.*
- multipun- 25. *C. subæneus*, elytris punctis vagis plurimis impressis.  
ctatus. *Habitat in Europa.*
- 6-puncta- 26. *C. subæneus*, elytris punctis longitudinalibus sex im-  
tus. pressis.  
*Fn. fœc. 519. Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.*  
*Habitat in Europa.*
- utulatus. 27. *C. thorace nigricante, elytris obscuris bifasciatis.*  
*Fn. fœc. 528. Carabus niger, coleoptris pone fascia ferruginea; lateribus macula ferruginea.*  
*Habitat in Europa.*
- crux ma- 28. *C. thorace capiteque nigro-rubefcente, colcoptis fer-  
jor. rugineis cruce nigra.*  
*Habitat in Europa.*
- crux mi- 29. *C. thorace luteo glabro, elytris postice nigris: ma-  
nor. culis duabus flavis.*  
*Habitat in Europa.*
- 4-macu- 30. *C. thorace flavo, elytris obtusissimis fuscis: maculis  
latus. duabus albis.*  
*Fn. fœc. 532. Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis 4 lividis.*  
*Habitat in Europa.*
- atricapil- 31. *C. flavus, capite nigro, elytris obtusissimis.*  
lus. *Habitat in Germania. P. Forstkål.*

187. TENEBRIO. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo subrotundo.  
*Thorax* plano-convexus, marginatus. *Caput* exsertum.  
*Elytra* rigidiuscula.

*Alati.*

molitor. 1. *T. niger* totus.

*Fn. fvec.* 547. Mordella antennarum articulis lentiformibus: ultimo globofo.

*Frisch. inf.* 4. p. 1. t. 1.

*Habitat in Farina pistorum, Molendinis, Pane sicco, saccharato.*

*Larva pallida, 13 segmentis, glabra, Lusciniis accepta.*

mauritanicus. 2. *T. niger* subtus piceus, thoracis marginibus antice posticeque dente angulatis.

*Habitat* Algeriæ. *E. Brander.*

*Similis præcedenti, sed quintuplo minor, supra totus niger, subtus, pedibus antennisque, piceus. Elytra striata. Thoracis margo antice dente utrinque prominulo, & postice dente obsoleto.*

culinaris. 3. *T. ferrugineus*, elytris striatis.

*Fn. fvec.* 546. Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depresso.

*Habitat in quisquiliis.*

barbarus. 4. *T. ater* glaberrimus, thorace orbiculato, capitis clypeo antice margine elevato.

*Habitat in Mauritania. E. Brander.*

*Glaber & nitidus, magnitudine Carabi mediocris: Elytra coherent postice vix acuta.*

Foffor. 5. *T. piceus*, digitis anticis palmato-digitatis.

*Habitat in collibus arenosis, quos perfodit Upsaliæ. Rolander.*

*Pedes anteriores Scarabæi, dentati; Thorax postice marginis elongatus. Præcedentibus quadruplo minor.*

- Curfor. 6. *T. fuscus*, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.  
*Habitat in Sveciæ domibus.*  
*Longitudo Pediculi, subcylindricus, angustus.*
- pedicula- 7. *T. niger*, elytris fasciis duabus flavis latis.  
 rius. *Habitat in Europa.*
- erraticus. 8. *T. niger*, antennis thorace suborbiculato elytrisque ferrugineis, elytris apice fuscis.  
*Habitat in Europa.*
- pallens. 9. *T. pallide testaceus.*  
*Habitat in Europa.*  
 \* \* *Apteri.*
- mortifa- 10. *T. apterus, coleoptris mucronatis.*  
 gus. *Fn. fec. 594. Tenebrio ater, coleoptris acuminatis.*  
*Mouff. inf. 139. Blatta foetida. Aldr. inf. 499.*  
*Jonst. inf. t. 16. f. . . Frisch. inf. 13. t. 25.*  
*Pet. gaz. t. 24. f. 7. Scarabæus impennis tardipes.*  
*Habitat in umbrosis suffocatis.*
- murica- 11. *T. apterus, coleoptris obtufis: striis muricatis. M. L. U.*  
 tus. *Pet. gaz. 11. t. 92. f. 14.*  
*Habitat in Hispania.*
- cæruleus. 12. *T. apterus cærulefcens. thorace suborbiculato. coleoptris obtufis.*  
*Pet. gaz. t. 22. f. 6. List. angl. app. 4. f. 14.*  
*Habitat in Hispania.*
- angula- 13. *T. apterus, thorace teretiufculo, coleoptris angulatis.*  
 tus. *M. L. U.*  
*Habitat in Ægypto.*  
*Elytra fmgula ftriis 4 elevatis: tertia laterali elevata carinata crenata.*
- Caraboi- 14. *T. apterus, thorace ovali marginato, coleoptris cari-*  
 des. *natis.*  
*Fn. fec. 595. Tenebrio ater, coleoptris pone rotundatis, maxillis prominentibus.*  
*Habitat in Europa.*

188. MELOE. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo ovato.

*Thorax* subrotundus.

*Elytra* mollia. flexilia.

*Caput* inflexum. gibbum.

Apteri *elytris abbreviatis absque alis.*

Profscarabæus.

1. *M. apterus*, corpore violaceo.

*Fn. fœc.* 596.

*Mouff. inf.* 162. *f. med.*

*Jouff. inf. t.* 15.

*Gœd. inf. 2. t.* 42.

*Frisch. inf. 6. t. 6. f.* 5. *Lit. gœd. f.* 120.

*Clut. hemerob.* 81. 73. Vermis majalis.

*Habitat in apricis campis. edit Ranunculos, Veratrum; vernalis.*

majalis.

2. *M. apterus*, segmentis dorsalibus abdominis rubris.

*Frisch. inf. 6. t. 6. f.* 4. Profscarabæus alter.

*Habitat in Europa australiore; in America. Kalm; in Africa. E. Brander.*

Alati *elytris longitudine corporis alas tegentibus.*

vesicatorius.

3. *M. alatus viridissimus.*

*It. fœan.* 186. Cantharis officinarum.

*Mouff. inf.* 144.

*Jouff. inf. t.* 7.

*Raj. inf.* 101.

*Aldr. inf.* 276.

*Habitat in Ligustro, Fraxino, Sambuco.*

*Officinalis pro vesicatorio.*

fyriacus.

4. *M. alatus viridi-cæruleus*, thorace luteo. *M. L. U.*

*Habitat in Syria.*

Cichorii.

5. *M. alatus niger*. thorace hirsuto, *elytris fasciis tribus flavis.*

*Haffelqv. iter.* 410. n. 101. *Chrysomela cichorii.*

*Imperat. nat.* 78 ('). *Cantharis fasciata.*

*Habitat in Cichoriis totius orientis.*

*Magnitudine accedit ad Profscarabæum. Fascia prima elytrorum ad eorum basin; ultima ante eorum apicem reliquis magis undata. An Cantharides Imperati? Variat maculis elytrorum; in quibusdam, loco cujusvis fasciæ, maculæ duæ nigræ.*

- algoricus. 6. *M. alatus niger*, elytris testaceis.  
*Habitat* Algeriæ.  
*Statura* *Cantharidis*. *Elytra* *flexilia*.
- Schæfferi. 7. *M. alatus viridis*, pedibus luteis, antennis abbreviatis clavatis brevibus irregularibus.  
*Habitat* in Germania. *Schæffer*.  
*Statura* *M. vesicatorii*, sed dimidio minor. *Antennæ* *luteæ*, vix thorace longiores, terminatæ capitulo compresso fusco, infimo articulo crasso. *Palpi* gibbi.
- floralis. 8. *M. alatus niger*, elytris fasciis duabus ferrugineis obsoletis.  
*Habitat* in Floribus *Cardui* Europæ.  
*Vix* *Pediculo major*.

189. MORDELLA. *Antennæ* filiformes.  
*Caput* inflexum sub collo.  
*Elytra* deorsum curva apicem versus.  
*Ante* femora lamina lata ad basin abdominis.

- aculeata. 1. *M. atra*, abdomine spina terminato.  
*Fn. fec.* 534. *Mordella oblonga atra*, cauda aculeo terminata.  
*Habitat* in Europa.
- humeralis. 2. *M. atra*, lateribus thoracis baseosque elytrorum flavescens.  
*Habitat* in Europa.
- frontalis. 3. *M. atra*, fronte pedibusque flavescens.  
*Habitat* in Europa.
- thoracica. 4. *M. atra*, capite thoraceque flavis.  
*Habitat* in Europa. *T. Holm*.
- flava. 5. *M. flava*, elytrorum apicibus nigris.  
*Habitat* in Europa.

190. NECYDALIS. *Antennæ fetacæ.*  
*Elytra dimidiata. Alæ nudæ.*  
*Cauda simplex.*
- major. 1. *N. elytris ferrugineis immaculatis, antennis corpore brevioribus.*  
*Schæff. monogr. 1753. f. 1, 2. Musca-Cerambyx major.*  
*Habitat in Europa.*
- minor. 2. *N. elytris testaceis: apice lineola alba, antennis corpore longioribus.*  
*Fn. fœc. 697. Necydalis elytris flavis lineola alba.*  
*It. æl. 74.*  
*Schæff. monogr. 1753. f. 6, 7. Musca Cerambyx minor.*  
*Habitat in Europa.*
191. STAPHYLINUS. *Antennæ moniliformes.*  
*Elytra dimidiata. Alæ tectæ.*  
*Cauda simplex exferens duas*  
*vesiculas oblongas.*
- hirtus. 1. *S. hirtus niger, thorace abdomineque postice flavis.*  
*Fn. fœc. 601.*  
*Schæff. monogr. 1754. t. 2. f. 12.*  
*Habitat in locis arenosis.*
- murinus. 2. *S. pubescens cinereus nigro-nebulosus. Fn. fœc. 602.*  
*Habitat in fimo equino.*
- maxillo-  
 fus. 3. *S. pubescens niger, fasciis cinereis, maxillis longitudine capitis.*  
*Fn. fœc. 603. Staphylinus ater glaber, maxillis longitudine capitis.*  
*Raj. inf. 109. n. 1. Staphylinus major totus niger.*  
*List. loqu. 391. Scarabæus majusculus niger forcipibus infestis.*  
*Mouff. inf. 197. Jonst. inf. t. 17. f. 1. 2. 3.*  
*Habitat in sylvis Europæ.*  
*Junior undique tomentosus per elytra & abdomen, cum fascia cinerea clytrorum & abdominis; proæctior glaber & totus ater evadit.*

- erythro- 4. *S. ater*, elytris pedibusque rufis. *Fn. fvecc.* 604.  
 pterus. *Frisch. inf.* 5. t. 25. *Scarabæus rapax*, elytris brevibus.  
*Habitat sæpius in fimo.*
- politus. 5. *S. niger*, thorace elytrisque nigricantibus nitidissimis.  
*Fn. fvecc.* 605. *Staphylinus niger*, thorace æneo nitido,  
 elytris atro-cæruleis.  
*Habitat in Europa.*  
*Variat capitis thoracis elytrorumque colore nigro & vi-*  
*ridi f. cærulefcenti-æneo.*
- rufus. 6. *S. rufus*, capite elytrorum abdominisque posticis nigris.  
*Fn. fvecc.* 606.  
*Gadd fat.* 80. *Staphylinus pallide rufus*, elytris cæru-  
 lescentibus, capite & apice abdominis nigro.  
*Habitat in Europa.*
- riparius. 7. *S. rufus*, elytris cæruleis, capite abdominisque apice  
 nigris.  
*Fn. fvecc.* 607. *It. gotl.* 173.  
*Habitat in Europa.*
- ligno- 8. *S. fuscus*, elytris futura abdomine pedibusque ferrugineis.  
 rum. *Fn. fvecc.* 608.  
*Habitat in Europa.*
- subterra- 9. *S. niger*, elytris antice extrorsum flavis, pedibus nigris.  
 neus. *Habitat in Europa.*
- flave- 10. *S. ater*. pedibus rufis, elytrorum margine flavo. *Fn.*  
 fcens. *fvecc.* 610.  
*Habitat in Europa.*
- 2-gutta- 11. *S. niger*. elytris puncto fulvo.  
 tus. *Habitat in Europa.*
- littoreus. 12. *S. niger*. elytris antice griseis, pedibus rufis. *Fn. fvecc.*  
 611. *It. gotl.* 173.  
*Habitat in littoribus.*
- fanguis- 13. *S. niger*, elytris fanguineis. *Fn. fvecc.* 612.  
 neus. *Habitat in Europa.*
- Caraboi- 14. *S. flavus*.  
 des. *Fn. fvecc.* 613. *Staphylinus totus testaceus.*  
*Habitat in Europa.*



- chryso- 15. *S. niger*, thorace elytris pedibusque subtestaceis. *Faun.*  
melinus. *fvcc.* 614.  
*Habitat in Europa.*
- flavipes. 16. *S. niger*, elytris antennis pedibusque ferrugineis. *Fn.*  
*fvcc.* 615.  
*Habitat in Europa.*
- fulcipes. 17. *S. niger*, elytris tibiisque fuscis. *Fn. fvcc.* 616.  
*Habitat in Europa.*
- rufipes. 18. *S. ater glaber*, pedibus rufis. *Fn. fvcc.* 609.  
*Habitat in Europa.*
- Boleti. 19. *S. fuscus*, elytris pallidioribus, antennis pedibusque li-  
vidis.  
*Habitat in Boletis abietinis gregarius, cujus fistulas, tan-*  
*quam Apis suos favos cellulosos, intrat jucundo specta-*  
*culo. Rolander.*  
*Pulce dimidio minor & inter minima insecta.*

192. FORFICULA. *Antennæ fetacæ.*  
*Elytra dimidiata. Alæ tectæ.*  
*Cauda forcipata.*

- auricula- 1. *F. elytris apice albis.* *Fn. fvcc.* 599.  
ria. *Mouff. inf.* 171. *f. infima.* Forficula f. *Auricularia*  
*vulgaris.*  
*Frisch. inf.* 8. *p.* 31. *t.* 15. *f.* 1, 2. *Vermis auricu-*  
*larius.*  
*Jonst. inf. t.* 16. *f.* 2. *Merian. inf. t.* 30.  
*Pet. gaz. t.* 74. *f.* 5.  
*Lijl. loqu.* 391. *mut. t.* 31. *f. A.* *Scarabæus subrufus,*  
*cauda forcipata.*  
*Habitat in Europa.*
- minor. 2. *F. elytris testaceis immaculatis.*  
*Fn. fvcc.* 600. *Forficula alis elythro concoloribus.*  
*Habitat in Europa.*

193. BLATTA. *Caput* inclinatum.  
*Antennæ* fetacæ.  
*Elytra* Alæque planæ, subcoriaceæ.  
*Thorax* planiusculus, orbiculatus,  
marginatus.  
*Pedes* cursorii.  
*Cornicula* duo supra caudam.
- gigantea. 1. *B. livida*, thoracis clypeo macula quadrata fusca. *M. L. U.*  
*Habitat in America.*  
*Diametro ovi gallinaci.*
- ægyptia- 2. *B. atra*, thoracis margine antico albo. *M. L. U.*  
ca. *Habitat in Ægypto.*
- furina- 3. *B. livida*, thoracis margine antico albo.  
mensis. *Habitat Surinami.*
- america- 4. *B. ferruginea*, thoracis clypeo postice exalbido.  
na. *Habitat in America.*  
*Major B. orientali, sed simillima. Elytra Alæque cor-*  
*pore longiores. Antennæ longæ.*
- nivea. 5. *B. alba*, antennis flavis.  
*Habitat in America.*  
*Magnitudo Tabani.*
- africana. 6. *B. cinerea*, thoracis clypeo villoso. *M. L. U.*  
*Habitat in Africa.*  
*Similis B. ægyptiacæ, sed minor & villosa.*
- orienta- 7. *B. ferrugineo-fusca*, elytris fulco oblongo impresso.  
lis. *Fn. fvec. 617.*  
*Mouff. inf. 138. f. 2. 3. Blatta molendinaria.*  
*Col. ceph. 1. p. 40. t. 36. Jonst. inf. t. 13. f. A.*  
*Raj. inf. 68. n. 1. Frisch. inf. 5. t. 3.*  
*Kalm. itin. 2. p. 496.*  
*Habitat in America, Oriente: imprimis in farina, Pane*  
*&c. hodie in Russiæ adjacentibus regionibus frequens;*  
*incc-*

---

*Blattæ lucifugæ cum Larvis suis rodunt cibaria, coria, putridaque varia, celeri cursu se subtrahentes.*

*incepit nuperis temporibus Holmiæ, uti dudum in Finlandia.*

*Consumit Panem, cibaria, calcos &c. lucifuga.*

lapponi- 8. *B. flavescens, clytris nigro maculatis. Fn. fœc. 618.*  
ca. *Habitat in, Lapponiæ imprimis, Casis, consumit Pisces.*

oblonga- 9. *B. oblonga livida, thorace punctis duobus lunulaque*  
ta. *nigris.*

*Habitat in America. Rolander.*

*Habitat in Truncis exsiccatis Europæ australis, quos perforat, longitudinaliter excavat, ibique plures nidos a fundo incipiens polline herbarum melle mixto replet & unicuique ovum concredit. Nidi distinguuntur 4 l. 5 annulis ligneis. Nymphæ caput deorsum spectat ut in fundo exitum querat Apis perfecta.*
- terrestris. 30. *A. hirsuta nigra, thoracis cingulo flavo, ano albo.*  
*Fn. fœcc.* 1012.  
*Mouff. inf.* 53. t. 2. *Bradl. natur. t. 26. f. 1. D.*  
*Gæd. inf.* 2. t. 46. *Raj. inf.* 247. n. 8.  
*List. gæd. f.* 105. *Frisch. inf.* 9. t. 13. f. 1.  
*Reaum. inf.* 6. t. 3. f. 1.  
*Habitat in Europæ terra, sub qua profunde nidum ponit.*

- Lapida- 31. *A. hirsuta atra*, ano fulvo. *Fn. fvecc.* 1015.  
ria. *Frisch. inf.* 9. *p.* 25. *n.* 2.  
*Reaum. inf.* 6. *t.* 1. *f.* 1-4.  
*Habitat in acervis Lapidum.*
- Musco- 32. *A. hirsuta fulva*, abdomine flavo. *Fn. fvecc.* 1017.  
rum. *Frisch. inf.* 9. *p.* 26. *n.* 8.  
*Reaum. inf.* 6. *t.* 2. *f.* 1-3.  
*Habitat sub Musco terrestri.*
- Hypno- 33. *A. hirsuta fulva*, abdominis fascia nigra, ano albo.  
rum. *Fn. fvecc.* 1018.  
*Reaum. inf.* 6. *t.* 4. *f.* 1.  
*Habitat sub Muscis.*
- acervo- 34. *A. hirsuta atra.* *Fn. fvecc.* 1013.  
rum. *Habitat sub terra.*
- subterra- 35. *A. hirsuta atra*, ano fusco. *Fn. fvecc.* 1014.  
nea. *Habitat sub terra.*
- furina- 36. *A. hirsuta nigra*, abdomine. excepto primo segmento,  
menfis. flavo.  
*Habitat Surinami. Rolander.*
- æstuans. 37. *A. hirsuta nigra*, thorace flavo. *M. L. U.*  
*Habitat in calidis regionibus.*
- tropica. 38. *A. hirsuta nigra*, abdomine postice flavo. *M. L. U.*  
*Habitat in calidis regionibus.*
- alpina. 39. *A. hirsuta*, thorace nigro, abdomine luteo. *Faun.*  
*fvecc.* 1016.  
*Habitat in Lapponiæ alpibus.*

218. FORMICA. *Squamula erecta thoraci abdomi-  
nique interjecta.*  
*Aculeus Feminis & Neutris re-  
conditus.*  
*Alæ Maribus & Feminis; sed  
Neutris nullæ.*

- hercule- 1. *F. nigra*, abdomine ovato, femoribus ferrugineis.  
ana. *Fn. fvecc.* 1019. *Formica magna.*

*It. gotl.* 232. Formica magna, Hippomyrmex.

*Raj. inf.* 69. Formica maxima.

*Habitat in Europæ truncis putridis vagabunda; in America septentrionali. Kalm.*

rufa. 2. F. thorace compresso toto ferrugineo. capite abdomineque nigris.

*Fn. fœc.* 1020. Formica rufa.

*Raj. inf.* 69. Formica media rubra.

*Habitat in Europæ acervis acerosis sylvaticis; in America septentrionali. Kalm.*

fusca. 3. F. cinereo-fusca, tibiis pallidis.

*Fn. fœc.* 1022. Formica fusca.

*Raj. inf.* 69. Formica media, nigro colore splendens.

*Habitat in Europæ terra fabulosa.*

nigra. 4. F. tota nigra nitida, tibiis cinerascens.

*Fn. fœc.* 1023. Formica atra.

*Raj. inf.* 69. Formica minor e fusco nigricans.

*Habitat in Europæ terra.*

obsoleta. 5. F. supra nigra, subtus testaceo rufa, abdomine subglobofo.

*Habitat in Europæ terra.*

rubra. 6. F. testacea, oculis punctoque sub abdomine nigris.

*Fn. fœc.* 1022. Formica rubra.

*Raj. inf.* 69. Formica minima rubra.

*Habitat in Europæ tuberibus graninosis.*

Pharaonis. 7. F. rufa, abdomine magis fusco. *M. L. U.*

*Habitat in Ægypto; minima.*

Salomonis. 8. F. rubra, abdomine nigro subvillofo. *M. L. U.*

*Habitat in Ægypto. Arabia, Palæstina.*

faccharivora. 9. F. nigra, pedibus antennis maxillisque rufis.

*Brown. jam.* 440. Formica minima faccharivora.

*Habitat in America intra culmos facchari nidificans eosque destruens.*

*Corpus adpersum pilis albidis. Squama petioli crassa integra. Magnitudo F. cæspitum.*

Formicæ vivunt in societate, indefessæ corradunt quisquillas & in acervum Societatis congerunt; at plebecula hæc spadonum sub nuptiis inservit novis nuptiis, & peractis puerperii expellit parentes, retentis liberis pro conservatione familiæ.

- caespitum. 10. F. petiolo nodis duobus alternis: posteriore majore.  
*Habitat in Europæ tuberibus.*
- omnivora. 11. F. thorace bidentato, petiolo binodoso, corpore testaceo, abdomine fusco.  
*Brown. jam. 440. Formica domestica omnivora.*  
*Habitat in America meridionali. consumens & dilacerans omnia cibaria.*  
Thorax lævis, adpersus punctis vix conspicuis elevatis. Abdomen fuscum. pilis albis vix manifestis. Petiolus nodis duobus teretiusculis. Corpus testaceum, minutissimum.
- bidens. 12. F. thoracis gibbere bidentato, capite ovato, antennis ferrugineis: articulo infimo nigro.  
*Habitat in America meridionali. Rolander.*  
Caput ovatum. Antennæ articulo primo longo nigro. reliquis brevissimis ferrugineis. Thorax in medio spinis 2 obtusiusculis. brevissimis. approximatis. f. gibbere bidentato notatus.
- sexdens. 13. F. thorace sexspinoso, capite didymo. utrinque postice mucronato.  
*Habitat in America meridionali. Rolander.*  
Caput pone bilobum f. didymum. utrinque postice terminatum spina solitaria. Thorax a tergo spinarum tribus paribus armatum: quarum 2 priores antrorsum prominentes; mediae 2 minimae sunt; posteriores 2 erectae. Petiolus Abdominis articulis duobus nodosus.
- cephalotes. 14. F. thorace quadrispinoso, capite didymo magno utrinque postice mucronato.  
*Merian. surin. t. 18. f. majores.*  
*Marcgr. bras. 252. Formica magna.*  
*Habitat in America meridionali.*  
Corpus totum ferrugineo-pubescent. Caput crassissimum, rotundatum. postice didymum cum spina utrinque brevi. Thorax antice spinis 2 erectis, distantibus; postice spinis 2 erectis. approximatis. Petiolus abdominis tuberculis duobus. uno post alterum, notatus.
- atrata. 15. F. thorace quadrispinoso, capite depresso marginato utrinque bispinoso.  
*Marcgr. bras. 252. Tapiiai.*

*Habitat in America meridionali. Rolander.*

Caput obtusum, depressum, utroque latere elevato-marginatum, postice utrinque bispinosum, s. duplici aculco mucronatum. Maxillæ brevissimæ. Corpus atrum. Thorax spinis 4, omnino ut in præcedenti. Petiolus abdominis tuberculis 2, uno post alterum, loco squamæ.

hæmato-16. F. squama petiolari conica, capite subdidymo, maxillis porrectis rubris.

*Habitat in America meridionali. Rolander.*

Caput oblongum, depressiusculum, postice bilobum absque punctis. Maxillæ 2, rectæ, parallelæ, prominentes, exsertæ, rubræ, edentulæ. Thorax inermis. Abdomen nigricans: Petiolo Squama conica acuta. Pedes flavi. Alæ hyalinæ. Corpus nigrum.

fœtida. 17. F. gibbere petiolari transverse compresso, abdominis primo segmento contractiore, maxillis porrectis.

*Habitat in America meridionali. Rolander.*

Caput nigrum, supra punctis 3 elevatis, quod non in præcedentibus americanis. Maxillæ exsertæ, longiusculæ, rectæ, parallelæ. Thorax inermis. Abdomen, uti Pedes, pilis vagis adpersum: articulo primo contractiore. Petiolus unico articulo supra tuberculo gibbo, antice posticeque compresso & postice transversim striato. Alæ hyalinæ.

219. MUTILLA. Alæ nullæ in omni sexu.

Corpus pubescens. Thorax postice retusus.

Aculeus reconditus punctorius.

occiden-1. M. coccinea, abdomine cingulo nigro.  
talis.

*Pct. mus. 404. gaz. t. 13. f. 4.*

*Catesb. car. 3. p. 15. t. 15.*

*Habitat in America septentrionali.*

america-2. M. nigra, abdomine maculis rufis quatuor lineisque tri-  
na. bus albis.

*Habitat in America australi.*

. An-

Genus dubium huc retuli ob faciem, staturam & aculeum ani punctorium, quamvis alis destituantur species cujusvis sexus.



*Antennæ subulatæ, nigrae. Thorax ater, utrinque macula alba in medio, etiam macula alba utrinque in posteriore parte thoracis. Abdominis primum segmentum magnum, maculis 4 rufis, quarum 2 priores minores: reliqua segmenta maculis 3 magnis albis, unde abdomen postice lineis tribus albis longitudinalibus.*

- indica. 3. *M. nigra*, abdomine fascia lutea lineaque alba.  
*Habitat in Indiis.*
- europæa. 4. *M. nigra*, abdomine fasciis tribus albis interruptis, thorace antice rufo.  
*Uddm. diff. 98. t. 17. Apis aptera.*  
*Habitat in Europa.*
- barbara. 5. *M. nigra*, abdomine punctis albis ter tribus, thorace rufo.  
*Habitat in Mauritania. E. Brander.*  
*Maculæ albæ supra abdomen 3, in triplici serie transversa.*
- maura. 6. *M. nigra*, abdomine maculis tribus albis.  
*Habitat in Mauritania. E. Brander.*  
*Præcedenti minor, tota nigra, sed maculæ supra abdomen albæ: una parva ad basin: una ad apicem: duæ paulo majores ad latera in medio abdominis.*
- Acarorum. 7. *M. glabra rufa*, capite abdomineque postico nigro.  
*Habitat inter Acaros.*  
*Hæc differt a reliquis quod glabra nec tomentosa sit, & videtur potius Sphex aptera esse: segmentum 1, 2 abdominis rufa, reliqua nigra.*
- formicaria. 8. *M. glabra rufa*, capite abdomineque pubescente nigris.  
*Habitat in Europa. D. C. Solander.*  
*Præcedenti duplo major. Abdomen totum nigrum & parum villosum.*

## VI. DIPTERA.

Alæ duæ.

Halteres clavati, solitarii, pone singulam alam, sub squamula propria.

220. OESTRUS. Os absque proboscide aut rostro exserto.

Bovis. 1. OE. alis maculatis, thorace flavo fascia fusca, abdomine flavo apice nigro. *Fn. fvec.* 1024. *It. Wgot.* 202. *Raj. inf.* 271.

*Derham theolog.* l. 8. c. 6. n. 11.

*Vallisfn. nat.* 1. t. 28.

*Reaum. inf.* 4. t. 36-38.

*Habitat intra Boum dorsum.*

*Hoc illud insectum—cui nomen Afilo*

*Romanum est. Oestrum græci vertere vocantes.*

*Affer, acerba sonans. quo toto exterrita filvis*

*Diffugiunt armenta.*

Tarandi. 2. OE. alis immaculatis, thorace flavo fascia nigra, abdomine fulvo apice flavo. *Fn. fvec.* 1029.

*Flor. lapp.* 360. n. 517.

*Linn. Act. Stockh.* 1739. t. 3. f. 5, 6.

*Act. Upsal.* 17. . .

*Habitat intra Cervi Tarandi dorsum.*

*Hujus causa Lappones quotannis cum grege migrant e Lapponia sylvatica in Alpes lapponicas.*

naialis. 3. OE. alis immaculatis, thorace ferrugineo, abdomine nigro pilis flavis. *Fn. fvec.* 1026.

*Habitat in Equorum fauce, per nares intrans.*

hæmor- 4. OE. alis immaculatis, thorace nigro: scutello pallido, rhoidalis. abdomine nigro: basi albo apiceque fulvo.

*Fn. fvec.* 1028.

*Frisch. inf.* 5. t. 7.

*Reaum. inf.* 4. t. 35. f. 3-5.

*Habitat in Equorum intestino recto, mire per anum intrans.*

5. OE.

---

Oestri Larvæ latent intra Mammalium corpus, ubi per totam hyemem nutriuntur.

- Ovis. 5. OE. alis immaculatis, thorace abdomineque ferrugineo nigro-maculato. *Fn. fæc.* 1027.  
*Vallifn. nat.* 1. p. 224. t. 27.  
*Reaum. inf.* 4. t. 35. f. 21-24.  
*Habitat in Ovium finu frontis.*

221. TIPULA. *Os* capitis elongati labiis lateralibus instructum Palpisque duobus incurvis tectum. absque proboscide & rostro.

*Alis patentibus.*

- pećtini- 1. T. antennis pećtinatis, alis macula nigra, thorace flavescente.  
 cornis. *Habitat in Svecia.*  
*Antennæ pećtinatæ radiis oppositis, sed in altero sexu intra singulum par radiorum mucro capitatus solitarius, in altero geminus.*
- rivofa. 2. T. alis hyalinis rivulis fuscis maculaque nivea. *Faun. fæc.* 1121.  
*AÆ. Stockh.* 1739. t. 9. f. 8. *Raj. inf.* 72. n. 4.  
*Habitat in Europa.*
- crocata. 3. T. alis macula fusca, abdomine atro fasciis fulvis.  
*Fn. fæc.* 1123.  
*Raj. inf.* 72. n. 4.  
*Reaum. inf.* 5. t. 1. f. 14, 15, 16.  
*Habitat in Europa.*
- oleracea. 4. T. alis hyalinis costa marginali fusca. *Fn. fæc.* 1124.  
*Gæd. inf.* 2. t. 44. *Bradl. nat.* t. 25. f. 3.  
*Lift. gæd. f.* 139. *Frisch. inf.* 4. t. 12.  
*Leuvenh. nat.* 1693. f. 4. 5.  
 1714. f. 4.  
*Habitat in Europa ad radices plantarum, oleribus & plantis cultis infecta.*
- horto- 5. T. alis hyalinis: maculis sparsis albis obsoletis. *Faun.*  
 rum. *fæc.* 1125.  
*Raj. inf.* 72. n. 6. *Alb. inf.* t. 61.  
*Habitat in Europa.*

- variega- 6. *T. alis hyalinis: macula pallida obfoleta, corpore ni-*  
*ta. gro luteoque vario. Fn. fvec. 1131.*  
*Habitat in Europa.*
- contami- 7. *T. alis nigro maculatis, corpore nigro. Fn. fvec. 1134.*  
*nata. Habitat in Europa.*
- lunata. 8. *T. alis cinerascens: lunula marginali alba. Faun.*  
*fvec. 1126.*  
*Raj. inf. 73. n. 10. Reaum. inf. 5. t. 2. f. 11.*  
*Habitat in Europa.*
- pratensis. 9. *T. alis fuscis: vasis fuscis punctoque marginali*  
*obsuro, fronte fulva. Fn. fvec. 1128.*  
*Frisch. inf. 4. t. 12.*  
*Habitat in Europa.*
- terrestris. 10. *T. alis hyalinis puncto marginali fusco, abdominis*  
*dorso cinereo. Fn. fvec. 1129.*  
*Frisch. inf. 7. t. 22.*  
*Habitat in Europa.*
- cornici- 11. *T. alis hyalinis puncto marginali fusco, abdomine fla-*  
*na. vo lineis tribus fuscis. Fn. fvec. 1130.*  
*Habitat in Europa.*
- nigra. 12. *T. alis fuscis, corpore atro. Fn. fvec. 1132.*  
*Habitat in Europa.*
- atrata. 13. *T. alis hyalinis puncto marginali corporeque atro,*  
*ventre pedibusque rufis. Fn. fvec. 1127.*  
*Habitat in Larvis P. Vinulæ? Clerck.*
- macula- 14. *T. alis hyalinis maculis duabus fuscis, abdominis me-*  
*ta. dio maculato-ferrugineo.*  
*Habitat in Europa.*
- annulata. 15. *T. alis fusco variegatis, femoribus annulo albo. Fn.*  
*fvec. 1122.*  
*Reaum. inf. 5. t. 4. f. 1, 2.*  
*Habitat in Europa.*
- flave- 16. *T. alis immaculatis, corpore flavo, dorso fusco. Fn.*  
*fcens. fvec. 1133.*  
*Habitat in Europa.*

- regela- 17. T. alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fusco.  
tionis. *Habitat in Europæ terrestribus, primo vere frequens.*
- replicata. 18. T. alis hyalinis margine tenuiore recurvato, corpore  
fusco, antennis simplicibus. *De Geer A&Z. Upsal.*  
*Habitat in Europa.*  
" " *Alis incumbentibus.*
- plumosa. 19. T. thorace virescente, alis hyalinis puncto nigro. *Fu.*  
*fvcc. 1135.*  
*It. wland. 40. 41. 86. 160.*  
*Gwd. inf. 3. t. X.*  
*Lijl. gwd. f. 140.*  
*Rcaum. inf. 5. t. 5. f. 10.*  
*Habitat in Europa, imprimis in maritimis.*
- littoralis. 20. T. virescens alis immaculatis, pedibus anticis lon-  
gissimis. *Fu. fvcc. 1136. 1140.*  
*Rcaum. inf. 5. t. 6. f. 12. 13. 14.*  
*Habitat in Europæ maritimis.*
- motatrix. 21. T. pedibus anticis maximis motatoriis, annulo albo.  
*Frisch. inf. 11. t. 13.*  
*Habitat in Europa.*
- vibrato- 22. T. pedibus anticis maximis motatoriis apice albis. *Fu.*  
ria. *fvcc. 1138.*  
*It. w. 160.*  
*Habitat in Europa.*
- tremula. 23. T. pedibus anticis longissimis motatoriis nigris annulis  
albis.  
*Habitat Upsaliæ. T. Bergman.*  
*Ale hyalinæ immaculatæ. Thorax pallidus maculis tri-*  
*bus nigris longitudinalibus. Abdomen flavo-rubrum.*  
*Oculi nigri. Antennæ pilosæ.*
- monilis. 24. T. pedibus albis annulis novem nigris, alis albo cine-  
reoque variis. *Fu. fvcc. 1139.*  
*Habitat in Europa.*
- macroce- 25. T. corpore virescenti, oculis thoracisque tergo nigris.  
phala. *Fu. fvcc. 1141.*  
*Habitat in littoribus humidis, agilissima.*

- Marci. 26. *T. nigra glabra. alis nigricantibus, femoribus anticis introrsum fulcatis.* *Fn. fœcc.* 1143.  
*Reaum. inf.* 5. t. 7. f. 17, 18.  
*Habitat in fimetis & Terra prægnante primo vere.*
- brevicor-27. *T. nigra glabra, oculis margine nigricantibus, femo-*  
*nis. ribus tibiisque anticis spina terminatis.*  
*Habitat in Europæ umbrosis.*
- putris. 28. *T. fusca. alarum basi cinerea.* *Fn. fœcc.* 1144.  
*Frisch. inf.* 4. t. 2.  
*Habitat in Terra prægnante, primo vere.*
- febrilis. 29. *T. atra oblonga hirta, alis nigricantibus.* *Fn. fœcc.* 1145.  
*Gæd. inf.* 1. t. 6. *Pet. gaz.* t. 14. f. 4.  
*Lijf. gæd. f.* 108. *Reaum. inf.* 5. t. 7. f. 7-12?  
*Habitat in locis suffocatis.*
- florilega. 30. *T. atra holosericea.* *Fn. fœcc.* 1146.  
*Habitat in Pomonæ floribus, quos destruit.*
- Hortula-31. *T. alis albis margine nigro, thorace abdomineque ru-*  
*na. bro.* *Fn. fœcc.* 1147.  
*Habitat in Asparago & Pomonæ floribus, quorum pe-*  
*stis est.*
- phalænoi-32. *T. alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis.* *Fn.*  
*des. fœcc.* 1148.  
*Leuw. epist.* 1692. jan. 24. f. 2, 3. *Frisch. inf.* 11. t. 11.  
*Habitat in Parietibus ad sterquilinia.*
- notata. 33. *T. atra. alis albis, abdomine latere antice macula alba.*  
*Fn. fœcc.* 1149.  
*Habitat in Europa.*
- Juniperi-34. *T. alis incumbentibus glaucis: margine tenuiore vil-*  
*na. lofo.* *Fn. fœcc.* 1150.  
*Habitat in Juniperi triglochide, quam cauffat.*
- palustris. 35. *T. atra, abdomine rufescente.* *Fn. fœcc.* 1151.  
*Habitat in Europæ paludosis.*
- longicor-36. *T. antennis corpore incarnato longioribus.* *Fn. fœcc.*  
*nis. 1152.*  
*Habitat in Europa.*

pinnicor-37. T. antennis bipectinatis. corpore atro, halteribus albis.  
nis. *Habitat in Svecia.*  
*Pulice minor. angusta. Thorax aterrimus.*

222. MUSCA. Os Proboscide carnofa: labiis 2 lateralibus: Palpi nulli.

\* *Filatae Antennis simplicibus absque filo laterali.*

plebeja. 1. M. antennis filatis subulatis. corpore cinereo hirto. abdominis incisuris margine albidis.  
*Habitat in Europa.*

illucens. 2. M. antennis filatis clavatis, alis cæruleis, corpore nigro. abdominis segmento secundo lateribus pellucido.  
*Habitat in America australi. Musc. De Geer.*  
*Antennæ longæ nigrae. Abdominis segmentum secundum glaucum. lateribus pellucidum.*

chamæleon. 3. M. antennis filatis clavatis, scutello bidentato luteo. abdomine nigro: fasciis lateralibus luteis.

*En. fœc. 1083. 1029. Frisch inf. 5. t. 10.*  
*It. wegoth. 84. Reaum. inf. 4. t. 25.*  
*Gœd. inf. 1. t. 70. Rœf. inf. musc. 2. t. 5.*  
*Swamm. metam. t. 4.*  
*bibl. t. 42. f. 2.*

*Habitat Larva in Aquis dulcibus.*  
*Musca supra aquam obambulare solet.*

microleon. 4. M. antennis filatis clavatis, scutello bidentato nigro, abdomine atro: strigis lateralibus albis.  
*Habitat in Europa.*

hydroleon. 5. M. antennis filatis clavatis. scutello bidentato nigro. abdomine viridi. medio nigro angulato.  
*Habitat in Europa.*

6. M.

---

*Muscae distinguuntur antennis incrimibus l. armatis.*

*Filatae antennis absque seta aut pluma laterali.*

*Armatae antennis cum seta aut pluma laterali.*

- Tomentosae corpore pubescentes, saepe vix manifeste.
- Plumatis antennis pectinate.
- Setariis antennis simplici seta.
- Pilosae raris setis, imprimis in thorace conspicuis.
- Plumatis antennis.
- Setariis antennis.

- panthe- 6. *M. antennis filatis, corpore atro, abdomine dorso ma-*  
rina. *culis tribus. marginibus totidem connatis albis.*  
*Habitat in Svecia.*  
*Similis M. Hydrolconi, sed scutellum integrum. Antennæ*  
*clavatae breves. Corpus nudum. Abdomen depresso,*  
*marginatum; incisuris margine medio albis & mar-*  
*gine laterali.*
- Morio. 7. *M. antennis filatis fubulatis. corpore hirto atro, alis di-*  
*mediato-nigris.*  
*Fn. fvec. 1067.*  
*Reaum. inf. 6. t. 27. f. 13.*  
*Aldr. inf. t. 2. f. 13.*  
*Habitat in Europa.*
- Maura. 8. *M. antennis filatis fubulatis, corpore hirto atro albo*  
*fasciato, alis nigro variis.*  
*Habitat in Europa.*
- Hotten- 9. *M. antennis filatis fubulatis, corpore hirto lutescente,*  
totta. *alis costa fuscis.*  
*Habitat in Europa.*
- Scolopa- 10. *M. antennis filatis apice fetigeris. abdomine flavescen-*  
cea. *te trifariam nigro-punctato, alis nebulosis.*  
*Fn. fvec. 1066.*  
*Reaum. inf. 4. t. 10. f. 5, 6.*  
*Habitat in Europa.*
- Vermi- 11. *M. antennis filatis apice fetigeris. abdomine trifariam*  
leo. *nigro-punctato, thorace maculato, alis immaculatis.*  
*De Geer act. Stockh. 1752. p. 180, 260. t. 5.*  
*Habitat in Gallia arena mobili.*
- tringaria. 12. *M. antennis filatis apice fetigeris, abdomine trifariam*  
*nigro-punctato. thorace unicolore, alis immaculatis.*  
*Habitat in Svecia.*  
*Similis priori, a qua differt thorace cano, nec duobus*  
*callis fuscis longitudinalibus notato.*
- Cono- 13. *M. antennis clavatis mucronatis basi coadunatis, cor-*  
poides. *pore atro, abdominis cingulis tribus flavis.*  
*Reaum. inf. 4. t. 33. f. 12, 13.*  
*Habitat in Europa.*  
*Simillima Muscæ macrocephalæ.*



· · *Tomentosa plumata.*

bombylans. 14. *M. antennis plumatis tomentosa nigra, abdomine hirsuto postice rufo.*  
*Habitat in Europa.*

mystacea. 15. *M. antennis plumatis tomentosa nigra, thorace abdominis apice alarumque basi fulvis.* *Faun. fvec.* 1069.  
*Fn. fvec.* 1071. *femina.*  
*Habitat in Europa.*

lappona. 16. *M. antennis plumatis subtomentosa nigra, scutello ferrugineo, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.*  
*Habitat in Svecia. D. C. Solander.*

+ \* · *Tomentosa setariae.*

pendula. 17. *M. antennis setariis tomentosa, thorace lineis quatuor, abdomine fasciis tribus interruptis flavis.* *Faun. fvec.* 1081.  
*Erfsch. inf.* 4. t. 13. *Reaum. inf.* 4. t. 31. f. 9-11.  
*Habitat in aquis stagnantibus; Larva tubo filiformi respiratorio suspendenda.*

florea. 18. *M. antennis setariis tomentosa, thorace fasciis duabus inæqualibus nigris, abdomine duabus luteis subabruptis.*  
*Fn. fvec.* 1080.  
*Alb. inf.* t. 17. f. 1.  
*Habitat in Europa.*

nemorum. 19. *M. [antennis setariis tomentosa, abdomine segmento luteo cingulisque tribus albis, segmento primo lateribus luteo.*  
*Fn. fvec.* 1078. *Mer. cur.* t. 2.  
*Reaum. inf.* 3. t. 31. f. 8. *Alb. inf.* t. 3. f. M. L.  
*Habitat in Europa.*

arbuſtorum. 20. *M. antennis setariis tomentosa, thorace griseo, abdomine subfusco: segmento primo secundoque latere ferrugineis.*  
*Habitat in Europa, simillima infrequenti.*

tenax. 21. *M. antennis setariis, tomentosa, thorace griseo abdomine subfusco unicolore, tibiis posticis compresso-gibbis.*

*Fn. fœc.* 1072.

*Swamm. bibl. t.* 38. *f.* 9.

*Reaum. inf. 4. t.* 20. *f.* 7.

*Blank. inf. t.* 10. *f.* F.

*Habitat in fimetis, cloacis, aquis putrescentibus, vix prelo destruenda larva.*

*Gæd. inf. 1. t.* 2.

*List. gæd. t.* 126.

*Raj. inf.* 272.

intricaria. 22. M. antennis fetariis tomentosa lutescens, abdominis apice albido, genubus albis.

*Habitat in Europa.*

*Similis Mufcæ discolori.*

cefracea. 23. M. antennis fetariis tomentosa nigra, scutello albido, abdominis apice lutescente.

*Fn. fœc.* 1070.

*Habitat in Europa.*

fallax. 24. M. antennis fetariis fusca, fronte flava, abdominis apice tomentoso fulvo, squama halterum lactea.

*Habitat in Europa.*

*Similis externa facie antecedenti.*

lucorum. 25. M. antennis fetariis subtomentosa, thorace subgrifeo, abdomine nigro: segmento primo toto flavo.

*Habitat in Europa.*

fylvarum. 26. M. antennis fetariis, tomentosa nigra, abdominis ultimo segmento tomentoso flavo.

*Habitat in Europa.*

bicincta. 27. M. antennis fetariis elongatis nigra, thorace lateribus punctis, abdomineque cingulis duobus flavis.

*Habitat in Europa.*

*Abdomen glabrum ut sequentis: fascia prior interrupta.*

arcuata. 28. M. antennis fetariis elongatis nigra, thorace lateribus maculis, abdomine cingulis quatuor arcuatis flavis.

*Habitat in Europa.*

*Scutellum flavum macula nigra; Abdomen glabrum.*

*Thorax nudiusculus subtomentosus.*

mutabilis. 29. M. antennis fetariis elongatis tomentosa, abdomine nigro grifeoque mutabili, scutello ferrugineo, thorace immaculato.

*Habitat in Europa.*

- ichneu- 30. *M. antennis fetariis elongatis cylindricis, thorace pe-*  
monea. *pedibusque longiusculis ferrugineis. abdomine cinereo.*  
*Habitat in Europa. simillima Ichneumoni.*
- diophthal- 31. *M. antennis fetariis nuda, thorace maculis. abdomine*  
ma. *cingulis sex flavis, femoribus posticis dentatis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Nigra. Oculi fascia fusca perpendiculari; Pedes ferru-*  
*ginei. Femora postica subtus denticulo. Scutellum fer-*  
*rugineum post lunulam flavam. Maculae 14 flavæ tho-*  
*racis.*
- vespifor- 32. *M. antennis fetariis nuda. thorace maculis. abdomine*  
mis. *cingulis sex flavis. pedibus anticis nigris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Abdominis fasciæ posticæ per paria dorso uniuntur. Pedes*  
*ferruginei femoribus muticis. Scutellum nigrum.*
- festiva. 33. *M. antennis fetariis nuda. thorace lineis lateralibus, ab-*  
*domine cingulis quatuor flavis interruptis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Pedes flavi.*
- erratica. 34. *M. antennis fetariis nudiuscula, thorace immaculato*  
*scutello ferrugineo. abdomine cingulis tribus albidis.*  
*Habitat in Europa.*
- glaucia. 35. *M. antennis fetariis subtomentosa. thorace immaculato,*  
*scutello glauco. abdomine cingulis tribus albidis in-*  
*interruptis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Corpus nigrum: fascia prima abdominis bascos latior est*  
*& fere pellucida.*
- noctila- 36. *M. antennis fetariis subtomentosa atra. abdominis pri-*  
ca. *mo segmento maculis duabus pellucidis.*  
*Habitat in Europa.*
- gibbosa. 37. *M. antennis fetariis subtomentosa nigra. abdomine sub-*  
*globoso cingulis quatuor albis. squamis halterum buc-*  
*catis.*  
*Habitat in Svecia.*
- Ribesii. 38. *M. antennis fetariis nigra nudiuscula, thorace imma-*  
*culato. abdomine cingulis quatuor flavis: primo in-*  
*interrupto.*

*Fn. fvec.* 1089.

*Gæd. inf.* 1. t. 41.

*List. gæd. t.* 133.

*Habitat inter* Aphides Ribeos.

Pyraetri. 39. *M. antennis fetariis nigra nudiuscula, thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis flavis recurvatis.*

*Fn. fvec.* 1090.

*Gæd. inf.* 1. t. 47. *larva.*

*Frisch. inf.* 11. t. 22. f. 1. *List. gæd. t.* 134.

*Reaum. inf.* 3. t. 31. f. 9. *Blank. inf. t.* 10. f. P.

*Alb. inf. t.* 66.

*Habitat inter* Aphides Pyri.

transfu- 40. *M. antennis fetariis nigra, abdomine cylindrico tomen-  
ga. tofo lunulis bis tribus albidis recurvis.* *Fn. fvec.* 1094.

*Habitat in* Svecia ravior: olim lecta, nec dein a me in Svecia reperta.

Mentha- 41. *M. antennis fetariis nigra nuda, thorace maculato,  
ftri. abdomine cingulis quatuor scutelloque flavis.*

*Fn. fvec.* 1097.

*Habitat inter* Aphides. at Musca in Menthæ floribus mellifuga.

scripta. 42. *M. antennis fetariis nudiuscula, thorace lineis, scutello abdomineque lineari fasciis flavis.*

*Fn. fvec.* 1091.

*Reaum. inf.* 4. t. 10. f. 2. 3.

*Ræf. inf.* 2. musc. t. 6.

*Habitat inter* Aphides. at Musca in floribus.

mellina. 43. *M. antennis fetariis nuda, thorace subæneo fufcescente immaculato, abdomine maculis 8 lutescentibus.*

*Fn. fvec.* 1092. 1093.

*Habitat inter* Aphides. quibus victitat.

*Variat abdominis dorso* 4. 3, & 2 paribus macularum ferruginearum: iisque l. tetragonis, l. trigonis, l. rotundis.

pipiens. 44. *M. antennis fetariis glabra nigra, abdomine utrinque albo maculato, femoribus posticis clavatis dentatis.*

*Fn. fvec.* 1096.

*Habitat in* Europa. volitat frequens ad flores Menthæ aliosque.

45. M.

---

Aphidivoræ Muscæ 38-45 sunt, quarum Larvæ foliis impostæ Aphidibus victitant, vix e loco moventur, & solo rostro, tanquam totum corpus proboscide confarēt, aphides inquirunt, legunt, consumunt.

- segnis. 45. *M. antennis fetariis glabra, thorace subæneo, abdomine ferrugineo: apice nigro, femoribus posticis clavatis.*  
*Habitat in Europa.*
- femora- 46. *M. antennis fetariis glabra atra oblonga, femoribus posticis clavatis, pedibusque anticis rubris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Pilosæ plumatæ.*
- inanis. 47. *M. antennis plumatis pilosa flavescens, abdomine pellucido cingulis duobus nigris.*  
*Habitat in Europa.*  
*Simillima sequenti, sed Thorax magis villoso-flavus. Abdomen pellucidum, flavum, cinctum fasciis duabus nigris & ano nigro. Rostrum utrinque corneum glabrum. Alæ absque fasciâ.*
- pellucens. 48. *M. antennis plumatis pilosa nigra, abdominis segmento primo albo pellucido.*  
*Fn. fœc. 1073. Raj. inf. 271.*  
*Habitat in Europa.*
- meridiana. 49. *M. antennis plumatis pilosa nigra, fronte aurata, alis basi luteis. Fn. fœc. 1077.*  
*Habitat in Europa.*
- Cæsar. 50. *M. antennis plumatis pilosa viridi-nitens, pedibus nigris. Fn. fœc. 1098.*  
*Raj. inf. 272. Mouff. inf. t. 49.*  
*Habitat in Cadaveribus.*
- cadaverina. 51. *M. antennis plumatis pilosa æneo-nitens: thorace cæruleo, abdomine viridi. Fn. fœc. 1099.*  
*Gœd. inf. 1. t. 54. List. gœd. f. 123.*  
*Habitat in Cadaveribus.*
- Vomitaria. 52. *M. antennis plumatis pilosa, thorace nigro, abdomine cæruleo nitente. Fn. fœc. 1102.*  
*Gœd. inf. 1. t. 53. Reaum. inf. 4. t. 8. f. 1.*  
*List. gœd. f. 122. t. 19. f. 8.*  
*Raj. inf. 27. t. 24. f. 13, 15.*  
*Lyonet. leff. t. 1. f. 23, 27.*  
*Habitat in Cadaveribus; etiam Americæ. Kalm.*

- carnaria. 53. *M. antennis plumatis pilosa nigra, thorace lineis pallidioribus. abdomine nitidulo tessellato: major.*  
*Fn. fec. 1105. Frisch. inf. 7. t. 14.*  
*Aldr. inf. 348. t. 2. f. 16. Reaum. inf. 4. t. 29. f. 4-6.*  
*Jonst. inf. t. 8. O. 2. f. 16. Ræf. inf. 2. musc. t. 9, 10.*  
*Raj. inf. 270.*  
*Habitat in Cadaveribus Europæ, etiam Americæ. Kalm.*
- domesti- 54. *M. antennis plumatis pilosa nigra, thorace lineis 5 ob-*  
 ca. *foletis, abdomine nitidulo tessellato: minor.*  
*Fn. fec. 1106. Joblot. micr. 1. pp. t. 5.*  
*Aldr. inf. t. 2. f. 23. Raj. inf. 270.*  
*Habitat in Europæ domibus, etiam Americæ.*  
*Larvæ in fimo Equino. Pupæ parallele cubantes.*
- sepul- 55. *M. antennis plumatis pilosa nigra, abdomine atro ni-*  
 chralis. *tidulo: supra glaberrimo.*  
*Habitat in Europa.*  
*Statura Muscæ domesticæ, sed tota atra: alter sexus fe-*  
*ta non pilosa.*  
 . . . . . *Pilosæ fetariæ.*
- grossa. 56. *M. antennis fetariis pilosa nigra. alis basi ferrugineis.*  
*Reaum. inf. 4. t. 26. f. 10.*  
*Habitat in Stercore bovino.*  
*Similis M. meridianæ, sed major omnibus nostris muscis.*
- rotunda- 57. *M. antennis fetariis pilosa. thorace sublineato, abdo-*  
 ta. *mine subrotundo flavo: maculis longitudinalibus fuscis*  
*confertis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Maculæ 5 dorsales, in altero sexu distantes, in altero*  
*contiguæ.*
- Larva- 58. *M. antennis fetariis pilosa nigricans. thorace cinereo,*  
 rum. *abdomine pallidius tessellato.*  
*De Geer inf. 1. t. 11. f. 23.*  
*Habitat in Larvis Lepidopterorum.*  
*Similis M. domesticæ, sed thorax vix lineatus.*
- Radi- 59. *M. antennis fetariis pilosa, abdomine cinereo: linea*  
 cum. *dorsali cingulisque quatuor nigris.*  
*Habitat in radicibus Raphani. Rolander.*  
*Similis M. domesticæ, sed dimidio minor, angustior.*

- lateralis. 60. M. antennis fetariis pilosa nigricans, abdominis lateribus ferrugineis.  
*Habitat in Europa.*
- Cemite-riorum. 61. M. antennis fetariis pilosa nigra, abdomine supra glabro.  
*Habitat in Europa.*  
*Similis M. sepulchrali, sed paulo minor.*
- pluvialis. 62. M. antennis fetariis pilosa cinerea. thorace maculis quinque nigris, abdomine maculis tridentatis obsolete.  
*Fn. fvec. 1112.*  
*Habitat in Europa.*
- fenestra-  
lis. 63. M. antennis fetariis subpilosa atra. abdomine supra rugoso strigis albis.  
*Habitat in Europa. frequens in fenestris.*
- roralis. 64. M. antennis fetariis pilosa aterrima.  
*Habitat in Europa.*
- ferrata. 65. M. antennis fetariis pilosa fusca, alarum costa pilis brevissimis ferrata. abdomine pedibusque ferrugineis.  
*Habitat in Europa.*
- cellaris. 66. M. antennis fetariis pilosa nigra. alis nervosis. oculis ferrugineis. *Fn. fvec. 1111.*  
*Habitat in cellis vinariis aliisque.*
- meteorica. 67. M. antennis fetariis pilosa nigra. abdomine subcinereo, alis basi subflavis. oculis brunneis.  
*It. wgoth. 37.*  
*Habitat in Europa, nebulae instar. ingruente imprimis pluvia, ora Equorum obvolitantis. Amœn. acad. 3. p. 358.*
- putris. 68. M. antennis fetariis subpilosa atra. alarum costa nigra oculis ferrugineis.  
*α. Fn. fvec. 1110.*
- cafei. β. *Fn. fvec. 1109.* *Gœd. inf. 1. t. 73.*  
*Mer. cur. t. 43. f. 83.* *Lijl. gœd. t. 132.*  
*Frisch. inf. 1. t. 7.*  
*Habitat α in Fimeticis, β in Cafeo.*  
*Hæc tres species adeo affines, ut difficulter distingvantur.*

- Frit. 69. *M. antennis fetariis pilosa nigra, halteribus plantis potficis abdomineque virefcenti-pallidis.*  
*Linn. ael. Stockh. 1750. p. 128.*  
*Habitat in glumis Hordei, decimum quodque granum Hordeaceum apud nos destruens.*
- Lepræ. 70. *M. antennis fetariis atra nitens, antennis pedibusque albis, oculis rufo inauratis.*  
*Habitat in Elephantiasi Nigritarum America. Rolander. Corpus pediculo minus. Abdomen fubtus & basi album. Denticulus utrinque ad basin proboscidis.*
- cupraria. 71. *M. antennis fetariis glabra ænea, thorace viridi, abdomine cupreo oblongo: halteribus nudis.*  
*Fn. fvec. 1103.*  
*Reaum. inf. 4. t. 22. f. 7. 8.*  
*Habitat in Europa.*
- polita. 72. *M. antennis fetariis glabra ænea, capite viridi, thorace abdomineque cæruleis, halteribus nudis.*  
*Habitat in Europa.*  
*Variat colore viridi & cæruleo.*
- viduata. 73. *M. antennis fetariis glabra nuda æneo-nigra, abdomine æneo: dorso atro, squamis halterum ciliatis.*  
*Habitat in Europa.*
- pubera. 74. *M. antennis fetaceis pilosa nigra, abdominis ultimo segmento incurvato: pube utrinque reflexa.*  
*Habitat in Europa.*
- Petronella. 75. *M. antennis fetariis pilosa glabra livida, fronte rubra, cauda incurvata, pedibus elongatis testaceis.*  
*It. ægoth. 55.*  
*Habitat ad aquas. curfitans musca supra aquas quietas.*
- ungulata. 76. *M. antennis fetariis pilosa glabra æneo-viridis, cauda uncinata, pedibus elongatis pallidis.*  
*Fn. fvec. 1053.*  
*Habitat in Europa.*
- æquinoctialis. 77. *M. antennis fetariis glabra nigra, capite testaceo, oculis brunneis, pedibus elongatis.*  
*Habitat in America meridionali. Musc. De Geer.*



- cibaria. 78. *M. antennis fetariis lævis. vertice punctis tribus elevatis. abdomine cinereo adunco, pedibus elongatis.*  
*Habitat in Culinis & in cibariis antiquis.*
- scybalaria. 79. *M. antennis fetariis pilosa rufo-ferruginea hirta, alis puncto obscuriore.*  
*Habitat in Stercore.*  
*Similis M. stercorearum sed duplo major, & saturatius colorata.*
- stercoraria. 80. *M. antennis fetariis pilosa grisea hirta. alis puncto obscuriore.* *Fn. fvec. 1068.*  
*Reaum. inf. 4. t. 27. f. 1-3.*  
*Habitat in Stercore.*
- fimetaria. 81. *M. antennis fetariis pilosa livens glabrata, alis puncto obscuriore.*  
*Habitat in Europa.*
- parietina. 82. *M. antennis fetariis, alis fuscis albo punctatis maculatisque, fronte testacea.*  
*Habitat in Europa.*
- umbra- rum. 83. *M. antennis fetariis. alis fuscis albo maculatis. fronte nivea.*  
*Habitat in Europa.*
- grossificationis. 84. *M. antennis fetariis, alis nigris apice albis.* *Fn. fvec. 1051.*  
*Habitat in Europa, varius.*
- faltuum. 85. *M. antennis fetariis, alis albis costa punctoque terminali fuscis, corpore flavo, occipite nigricante.*  
*Habitat in Europa.*
- vibrans. 86. *M. antennis fetariis pilosa, alis hyalinis apice nigro, capite rubro.* *Fn. fvec. 1052.*  
*Habitat in Europa. ubique vibrans alas.*
- cynipsea. 87. *M. antennis fetariis, alis apice puncto nigro, abdominis primo articulo obovato.*  
*Fn. fvec. 1054.*  
*Habitat in Europa.*  
*Femora antica subtus denticulata sunt.*

- flava. 88. *M. antennis fetariis flava nuda, oculis viridissimis.*  
*Fn. fvec. 1114.*  
*Habitat in Europa: vix Pediculo major.*
- æstuans. 89. *M. antennis fetariis, alis unguiculatis albis puncto centrali nigricante.* *Fn. fvec. 1055.*  
*Habitat in Europa.*
- Serratulæ. 90. *M. antennis fetariis. alis albis. thorace virescente, abdomine cinereo lineis quatuor punctorum nigrorum.*  
*Habitat in Cardui & affinium floribus.*
- Arnicae. 91. *M. antennis fetariis, alis unguiculatis grifeis nigro maculatis.*  
*Fn. fvec. 1057.* *Aldr. inf. 346. t. 1. f. 5.*  
*Habitat in discis florum radiatorum, imprimis Arnices montanae.*
- Hyoscyami. 92. *M. antennis fetariis. alis unguiculatis albis fusco maculatis.*  
*Fn. fvec. 1058.*  
*Habitat in Hyoscyamis, Carduis.*
- germinationis. 93. *M. antennis fetariis. alis albis margine maculisque nigris.* *Fn. fvec. 1059.*  
*Habitat in Foliis arborum. frequens primo vere.*
- Urticae. 94. *M. antennis fetariis, alis albis puncto terminali fasciisque tribus fuscis distinctis.*  
*Habitat in Urtica.*
- Cerafi. 95. *antennis fetariis. alis albis: fasciis fuscis inæqualibus: posticis exterius connexis.*  
*Fn. fvec. 1061.*  
*Blank. inf. t. 16. f. L.*  
*Red. vivent. 264.*  
*Reaum. inf. 2. t. 38. f. 22, 23.*  
*Habitat in Ceraforum nucleis.*
- Heraclii. 96. *M. antennis fetariis, alis albis: fasciis fuscis repandis, oculis viridibus.*  
*Habitat in foliis Heraclii; subcutanea.*
- Cardui. 97. *M. antennis fetariis, alis albis: linea geminata fusca S literæ figura. oculis viridibus.* *Fn. fvec. 1063.*

*Rcaum. inf. 3. t. 45. f. 12-14.* *Gwd. inf. 1. t. 50.*

*Blank. inf. t. 16.* *Lijf. gwd. t. 129.*

*Habitat in Cardui crispæ, Serratulæ arvensis Gallis.*

folstitia- 98. *M. antennis fetariis. alis albis unguiculatis: fasciis*  
lis. *quatuor fuscis, scutello flavo. Fn. fvec. 1084.*

*Habitat in Carduis. aliisque.*

flore- 99. *M. antennis fetariis, alis pallidis venis nigricantibus:*  
fcentiæ. *strigis duabus undatis apiceque fuscis. Fn. fvec. 1065.*

*Habitat in Europa.*

fronde- 100. *M. antennis fetariis, alis nigris: fasciis duabus pun-*  
fcentiæ. *ctisque duabus albis, corpore nigro.*

*Habitat in Europa.*

223. TABANUS. *Os* Proboscide carnosa, terminata  
labiis duobus.

*Rostro* Palpis duobus, subulatis,  
proboscidi lateralibus, paral-  
lelis.

bovinus. 1. *T. oculis virescentibus, abdominis dorso maculis albis*  
*trigonis longitudinalibus.*

*Fn. fvec. 1045.*

*Jonst. inf. t. 8. o. 2. f. 22.*

*Rcaum. inf. 4. t. 17. f. 8.*

*Habitat in Europa, Equis infestus.*

calens. 2. *T. oculis viridibus, abdominis dorso linea alba. anten-*  
*nis rubris.*

*Habitat in America. Muf. De Geer.*

Tarandi- 3. *T. oculis viridibus? abdominis segmentis margine lu-*  
nus. *teis. pedibus rufis.*

*Fn. fvec. 1046.*

*Habitat in Lapponia, Norvegia. Tarandorum tenella*  
*cornua pungens, vulnerans, deformans.*

exæstu- 4. *T. oculis viridibus, abdominis segmentis margine albis,*  
ans. *tibiis candidis.*

*Habitat in America meridionali. Rolander.*

- fervens. 5. T. oculis viridibus, abdomine antennisque luteis, capite thoraceque fusco.  
*Habitat in America australiore.*
- mexicana- 6. T. oculis . . . , corpore livido, antennis viridibus. alis  
nus. virescentibus punctis anaestomofantibus.  
*Habitat in America meridionali. Rolander.*
- Bromius. 7. T. oculis fascia unica purpurascente, corpore cinerasciente. *Fn. fœcc. 1048.*  
*Habitat in Europa.*
- occidentalis. 8. T. oculis fasciis binis fuscis, corpore fusco, abdomine lineis tribus fulvis.  
*Habitat in America meridionali. Lœfling.*
- tropicus. 9. T. oculis fasciis ternis fuscis, abdominis lateribus ferrugineis. *Fn. fœcc. 1047.*  
*Habitat in Europa. Equis instante pluvia molestus.*
- antarcticus. 10. T. oculis fasciis quaternis fuscis. scutello macula nigra. tibiis anticis albis.  
*Habitat in America calidiorc. Rolander.*  
*Dorsum abdominis notatum maculis albis.*
- pluvialis. 11. T. oculis fasciis quaternis undatis, alis fusco punctatis.  
*Fn. fœcc. 1050. Reaum. inf. 4. t. 18. f. 1.*  
*Habitat in Europa.*
- cæcutiens. 12. T. oculis nigro-punctatis, alis maculatis.  
*Fn. fœcc. 1049.*  
*Habitat in Europa.*

224. CULEX. Os aculeis fetaceis intra vaginam flexilem.

- pipiens. 1. C. cinereus, abdomine annulis fuscis octo. *Fn. fœcc. 1116.*  
*Fl. lapp. 363. 364.*  
*Blank. inf. t. 15. f. A-D.*  
*Reaum. inf. 4. t. 43. 44.*  
*Swamm. quart. t. 23.*  
*bibl. t. 31. f. 4-8. t. 32. f. 1-5.*

*Joblot.*

---

*Culicis Larvæ plerumque in aqua degunt & Pupæ moventur agiles.*

*Joblot. micr.* 1. pp. 2. t. 13. f. A. B. C. D. E. H. I. L.

3. *Kalm. itin.* 2. p. 268. Musquitoés.

*Habitat in Europæ aquefis: copiosissima in Lapponia: etiam in America obvia. Kalm.*

*Mas antennis plumosis vix pungit aut fugit sanguinem. Larva in Aquis: Pupa bicornis reversa: Insectum pipiens, pungens: in Indiis magis venenata. Anseres allicit. pullos Gallinarum nutrit Lapponum calamitas felicissima.*

bifurcatus. 2. *C. fuscus. rostro bifurco. Fn. fæcc.* 1115.

*Raj. inf.* 74. n. 4.

*Rcaum. inf.* 4. t. 40. f. 1. 2.

*Habitat in Europa.*

pulicaris. 3. *C. alis hyalinis: maculis tribus obscuris. Faun. fæcc.* 1117.

*Fl. lapp.* 365.

*Derh. phys.-th.* 1. 1. c. 11. f. 5. 6.

*Habitat in Europa; in America. Kalm.*

*Cursitat, mordet. relinquit punctum fuscum. Amæn. acad.* 3. p. 343.

reptans. 4. *C. niger. alis hyalinis. pedibus nigris annulo albo. Fn. fæcc.* 1118.

*Habitat in Europa, reptatu molestus tempore vespertino.*

equinus. 5. *C. ater. abdomine fusco. fronte alba. Fn. fæcc.* 1120.

*Fl. lapp.* 359.

*Habitat circum Equos. quorum sanguinem haurit. inter crines eorum cursitans.*

stercoreus. 6. *C. testaceus, alis reticulatis. linea thoracis. tribusque abdominis nigricantibus.*

*Habitat in stercoreibus.*

225. EMPIS. *Os* Rostro corneo, inflexo, bivalvi, thorace longiore: valvulis horizontalibus.

borealis. 1. *E. antennis filatis nigra. alis subrotundis fusco-ferrugineis.*

*Fn. fæcc.* 1038.

*Habitat in Norlandia. choreas æreas circa vespertas instituens.*

2. *E.*

- penni- 2. E. antennis filatis nigra, pedibus posticis longis: alteri  
pes. pennatis.  
*Fn. fœcc. 1041.*  
*Habitat in Europa.*
- livida. 3. E. antennis filatis livida, thorace lineis tribus nigris.  
*Habitat in Europa.*  
*Corpus lividum. Thorax linea dorsali lateralibusque nigris.*  
*Abdomen supra magis fuscum. Alæ oblongæ venis fuscis.*

226. CONOPS. Os Rostro porrecto, geniculato.

- rostrata. 1. C. antennis fetariis nigra, abdomine ovato flavo lævi,  
rostro conico.  
*Habitat in Germania. P. Forsskål. Phil. Mag.*  
*Statura Muscæ domesticæ. Rostrum corneum, porrectum,*  
*conicum, capite longius, versus basin reliquis omnibus*  
*multo crassius. Tibiæ flavescens. Alæ pallidæ.*
- calci- 2. C. antennis subplumatis cinerea glabra ovata. *Fn. fœcc.*  
trans. 1042.  
*Habitat ad Boum pedes, unde eorum continuus calci-*  
*tratus. Amœn. acad. 3. p. 343.*  
*Simillima Muscæ domesticæ, ut vix dignoscatur ab in-*  
*exercitatis, nisi solo rostro.*
- irritans. 3. C. antennis fetariis cinerea subpilosa ovata.  
*Habitat cum Pecoribus.*  
*Simillimus præcedenti, sed dimidio minor.*
- macroce- 4. C. antennis clavatis mucronatis luteis, abdomine sub-  
phala. cylindrico glabro: segmentis quatuor margine flave-  
scentibus.  
*Fn. fœcc. 1030. Uddm. diff. 100.*  
*Habitat in Europa.*  
*Simillima Muscæ conopsoidi, sed antennæ basi distinctæ.*
- flavipes. 5. C. antennis clavatis mucronatis nigris, abdomine sub-  
cylindrico glabro: segmentis tribus margine flavis.  
*Habitat in Europa.*  
*Simillima Muscæ conopsoidi, nigra. Puneta 2 lutea ad*  
*basin abdominis. Pedes flavi (nec, ut præcedentis,*  
*ferrugini) fasciis nigris.*

buccata. 6. C. antennis fetariis, abdomine hamoso griseo, facie veficulari alba, alis nebulosis.  
*Habitat in Europa.*

227. ASILUS. Os Rostro corneo, porrecto, recto, bivalvi.

maurus. 1. A. subferrugineus. pectoris lateribus punctis thoracisque dorso lineis tribus nigris.  
*Habitat in Mauritania. E. Brander.*  
*Magnitudo Afili crabroniformis. Antennæ ferruginæ. Abdominis segmenta margine fusca.*

barbarus. 2. A. fronte thorace pedibusque ferrugineis, alis flavis apice margineque tenuiore nigris.  
*Habitat in Mauritania. E. Brander.*  
*Major congeneribus. Squamula alba ad latera thoracis. Frons ciliata. Femora & Tibiæ spinis sparsis tenuissimis.*

crabroniformis. 3. A. abdomine tomentoso antice nigro. postice flavo inflexo.  
*Fn. fvec. 1031. Mouff. inf. 46.*  
*Raj. inf. 267. Jonst. inf. t. 10. f. 2.*  
*Frisch. inf. 3. t. 8.*  
*Habitat intra Terram.*

gibbosus. 4. A. hirsutus niger, abdomine postice albo.  
*Fn. fvec. 1034. It. scanic. 414.*  
*Habitat in Europa.*

ater. 5. A. hirsutus totus niger. barba albida.  
*Habitat in Germania. Bergh Ifacson.*  
*Similis præcedenti sed brevior. totus hirsutus. Barba sub capite & unguæ alba. Antennæ subclavata.*

gilvus. 6. A. abdomine pubescente nigro: supra rufo.  
*Fn. fvec. 1036.*  
*Habitat in Europa.*

marginatus. 7. A. halteribus abdominisque incisuris flavis, femoribus nigris.  
*Habitat in Svecia. T. Bergman.*

*Abdomen nigrum, pilis fulvis tomentosum. imprimis ad incifuras. Thorax niger.*

- germani- 8. *A. hirtus* subcinereus, femoribus nigris, tibiis rubris, alis  
cus. fuscis basi albis.  
*Habitat in Germania. P. Forskål, Bergh Ifacfen.*  
*Sequenti familis, ctiam antennis. sed duplo major.*
- forcipa- 9. *A. hirtus* subcinereus.  
tus. *Frisch. inf. 3. p. 35. t. 7.*  
*Habitat intra Terram.*  
*Maris cauda forcipata: Feminæ acuta. Varietas ma-*  
*ior Tibiis ferrugineis.*
- Tipuloi- 10. *A. lividus* nudus, thoracis lineis dorfalibus tribus  
des. nigris.  
*Fn. succ. 1033.*  
*Habitat in Europa.*
- œlandi- 11. *A. ater* nudus, alis nigris, femoribus halteribusque  
cus. ferrugineis.  
*Fn. succ. 1037.*  
*It. œland. 155.*  
*Habitat in Europa.*
- Morio. 12. *A. hirtus* niger. alis albo nigroque variis.  
*Habitat in Europa.*  
*Simillimus Muscæ Morioni.*

228. BOMBYLIUS. *Os* Roſtro porrecto, fetaceo, longiſſimo, bivalvi: valvulis horizontalibus intra quas aculei fetacei.

- major. 1. *B. alis* femi-nigris. *Fn. succ. 1119.*  
*Mouff. inf. 64. f. 5.*  
*Aldr. inf. 350. f. 10.*  
*Raj. inf. 273.*  
*Habitat in Europa.*
- medius. 2. *B. alis* fusco punctatis.  
*Pet. gaz. t. 36. f. 5.*  
*Habitat in Europa.*



- minor. 3. B. alis immaculatis. *It. scan.* 164.  
*Pct. gaz.* t. 42. f. 9.  
*Reaum. inf.* 4. t. 8. f. 11-13.  
*Habitat in Europa.*
229. HIPPOBOSCA. Os Rostro bivalvi, cylindrico, obtuso.  
*Pedes unguibus pluribus.*
- Equina. 1. H. alis obtusis, thorace albo variegato.  
*En. fœcc.* 1043. *Mouff. inf.* 59.  
*Frisch. inf.* 5. t. 10.  
*Reaum. inf.* 6. t. 48.  
*Habitat in Europa & America septentrionali, Equis*  
*& Bobus infesta.*
- avicularia. 2. H. alis obtusis, thorace unicolore.  
*Habitat in Avibus. D. C. Solander.*  
*Præcedenti dimidio minor.*
- Hirundinis. 3. H. alis fubulatis.  
*En. fœcc.* 1044.  
*Reaum. inf.* 4. t. 11. f. 1-5.  
*Habitat in Hirundinibus.*
- Ovina. 4. H. alis nullis. *It. wgoth.* 59.  
*Frisch. inf.* 5. t. 18.  
*Habitat inter Ovium lanam.*

## VII. APTE-

---

Hippoboscæ ætiam facile matre majus, potius Pupæ excludenda in volatile.

## VII. APTERA.

*Alæ nullæ, in omni sexu.*

230. LEPISMA. *Pedes* VI. cursorii.  
*Os* Palpis II.  
*Cauda* fetofa: fetis extensis.  
*Corpus* squamis imbricatum.
- facchari- 1. L. squamofa, cauda triplici.  
 na. *Brown. jam.* 425. *Setoura* subargentea, cauda fetofa,  
 fetis hirsutis.  
*Adam. microgr. t.* 28. *f.* 147.  
*Habitat in America inter faccharum & utensilia dome-*  
*stica. inde per Europam vulgaris. hodie in Svecia*  
*incepit.*
- terrestris. 2. L. nuda, cauda triplici.  
*Habitat in Europa.*  
*Similis Poduræ sed major, corpore toto albo cylindrico.*  
*Antennæ corporis dimidii longitudine, obtusæ ut in*  
*Podura.*
231. PODURA. *Pedes* VI, cursorii.  
*Oculi* II, compositi ex octonis.  
*Cauda* bifurca, faltatrix, inflexa.
- viridis. 1. P. subglobosa viridis. *Fn. fvec.* 1172.  
*Habitat in Europæ plantis.*
- atra. 2. P. subglobosa atra, antennis longitudine corporis apice  
 albis. *Fn. fvec.* 1173.  
*Habitat in Europæ plantis.*
- fusca. 3. P. globosa fusca nitida, antennis longis: articulis plu-  
 rimis. *Fn. fvec.* 1174.  
*AË. Stockh.* 1743. *p.* 296. *t.* 7.  
*Habitat in Europæ terrestribus.*

4. P.

Mutilla 220 quum aptera, hunc ordinem secundum alas intraret, sed character ordi-  
 nis Hymenopterorum affinitibus eam sociat.

- plumbea. 4. *P. teres fufco-cærulea nitida.* *Fn. fæcc.* 1175.  
*Habitat in Europæ arbufis.*
- nivalis. 5. *P. oblonga cinerea figuris nigris.* *Fn. fæcc.* 1176.  
*E. N. C. dec. 2. ann. 3. obf.* 197. *Pulex nivis.*  
*De Geer Act. Uff.* 1740. *p.* 54. *t.* 2.  
*Habitat in Europæ nemoribus, Lignis.*
- arborea. 6. *P. nigra, pedibus furcaque albis.* *Fn. fæcc.* 1177.  
*De Geer act. Uff.* 1740. *p.* 49. *t.* 1.  
*act. Stockh.* 1740. *p.* 272. *t.* 1.  
*Habitat in Europæ fylvis.*
- cincta. 7. *P. cylindrica grifea, cingulo atro antice albo.*  
*Habitat in fylvis Europæ.*
- aquatica. 8. *P. nigra aquatica.* *Fn. fæcc.* 1178.  
*De Geer act. Uff.* 1740. *p.* 57. *t.* 3.  
*Stockh.* 1740. *p.* 279. *t.* 3. 4.  
*Habitat in Aquofis Europæ.*
- fimetaria. 9. *P. terrefttris alba.* *Fn. fæcc.* 1180.  
*Habitat in terra prægnante Europæ, frequens primo vere.*
- ambulans. 10. *P. alba, furca extenfa.* *Fn. fæcc.* 1170.  
*Habitat in Europa.*

232. TERMES. *Pedes* VI, *curforii.*  
*Oculi* II.  
*Antennæ* fetaceæ.  
*Os* maxillis duabus.

- fatale. 1. *T. luteum; alterius maxillis longitudine antennarum.*  
*Habitat in Indiæ utriusque umbrofis, aperto aëri invi-  
fum, fornices cylindricos progrediendo inædificans, ma-  
xillis longis altiffime refiliens; Nidos e fabulo, finu-  
bus dædaleis in tophum fruens. Destruiit utensilia  
omnia, utriusque Indiæ calamitas fumma: domos, na-  
ves, cibaria, veftimenta, ex animalibus & vegetabi-  
libus fingula quæque, relicta fola fuperficie integra:  
calce viva coercendum, de quo Rolander & peregrina-  
tores plurima.*

*Alteri (Feminæ forte) Corpus magnitudine T. pulsatorii. Caput corneum, læve, oblongo subtrigonum, luteum. Antennæ vix thorace longiores. Maxillæ cornæ, læves, nigræ, subulatæ, subarcuatæ, porrectæ, longitudine antennarum. Abdomen oblongum, subcylindricum, albicans.*

*Alterum (sexu tantum diversum, Rolander) simile præcedenti, sed absque maxillis magnis porrectis. Caput suborbiculatum, flavescens. Maxillæ brevissimæ. Antennæ filiformes, corpore dimidio breviores. Abdomen ovatum, albidum.*

pulfato- 2. T. abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis.  
rium. *Fn. fœc. 1168.*

*Derh. theol. 119.*

*Bradl. nat. t. 27. f. 3.*

*Raj. inf. 8.*

*Aët. angl. n. 270. p. 231. & n. 291. p. 1586 & n. 245. p. 376.*

*Roland. aët. Stockh. 1754. p. 152.*

*Habitat in Europa & America, frequens in domibus. invisum vestibus, Herbariis, Insectorum museis. Femina horologii instar pulsatoria in lignis festucis.*

fatidicum. 3. T. abdomine ovato, ore pallido, oculis fuscis.

*Frisch. inf. 11. p. 2. t. 10.*

*Habitat in Europa australiore, nobis primum visum in plantis siccis a Læfingio transmissis.*

*Simile præcedenti, sed duplo majus.*

233. PEDICULUS. *Pedes VI, ambulatorii.*

*Oculi II.*

*Os aculeo exferendo.*

balthica. 53. T. testa subrotunda lævi extus incarnata.

*Fn. fœc. 1335.*

*It. æland. 43.*

*Habitat in M. Balthico.*

*Testa feminis Lupini albi magnitudine, molliuscula, fragilissima; intus alba, extus incarnata, e triangulo rotundata.*

pisiformis. 54. T. testa subglobosa lævi intus incarnata oblique substriata: striis antice angulo acuto reflexis.

*Gualt. test. t. 7. f. C.*

*Habitat ad O. Europæi ostia fluviorum.*

*Testa magnitudine Pisi, alba, fundo purpurco, striata Striis vix oculo nudo manifestis, obliquis sed anterieus reflexis ad angulum acutum. Cardinis Dens unicus præter laterales prominulos. Rarius tota alba reperitur.*

divaricata. 55. T. testa subglobosa alba bifariam oblique striata.

*Habitat in M. Mediterraneo. F. Logie.*

*Testa magnitudine Pisi, subcompresso-globosa. gibba. Striæ tenuissimæ, bifariam ad utrumque latus ductæ.*

digitaria. 56. T. testa subglobosa pallida cinctâ striis obliquis uniformibus.

*Habitat in M. Mediterraneo. Logie.*

*Testa magnitudine Pisi, albida. interdum maculis undatis rufis. Striæ transversæ, sed pulchre obliquæ, sensim desinentes ad marginem exteriorem, uti striæ in apice digitorum. unde apparet spiritaliter striata.*

cornea. 57. *T. globosa glabra cornei coloris: sulco transversali.*

*Fn. succ.* 1336.

*List. angl. app.* 22. t. 1. f. 5.

*Habitat in Europæ paludibus, stagnis.*

*Testa magnitudine Pisi, rudis cornu coloris.*

272. CARDIUM. *Animal Tethys.*

*Testa bivalvis, subæquilatera, æquivalvis.*

*Cardo Dentibus duobus; lateralibus remotis infertis.*

costatum. 58. *C. testa gibba æquivalvi: costis elevatis carinatis concavis membranaceis.*

*Column. purp.* 26. t. 27.

*Rumph. mus.* t. 48. f. 6.

*Gualt. test.* t. 72. f. D.

*Argenv. conch.* t. 26. f. A.

*Habitat . .*

Cardiffa. 59. *C. testa cordata: valvulis compressis dentato-carinatis, natibus approximatis.*

*Column. aqu.* 16.

*Rumph. mus.* t. 42. f. E. Cardiffa.

*Gualt. test.* t. 84. f. B. C. D.

*Argenv. conch.* t. 26. f. I. Cor veneris.

*Klein. ostr.* t. 10. f. 39.

*Habitat in O. Asiatico.*

*Variat Testa lateribus utrinque planis aut altero concavo.*

hemica-60. *C. testa cordata subquadrilatera: valvulis carinatis, natibus distantibus.*

*Rumph. mus.* t. 44. f. H.

*Habitat in O. Asiatico.*

medium. 61. *C. testa subcordata subangulata: valvulis angulatis fulcatis lævibus. M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

*Testa simillima priori, sed exalbido purpurascente varia, sulcis lævibus absque aculeis, angulisque obfoletis.*

62. C.

---

*Cardiorum Cardines dentibus lateralibus remotis instruuntur, qui foraminulo f. serobiculo oppositæ valvulæ instruuntur, dum testa clauditur, quod non obtinet in Tellinis.*



murica- 62. C. testa subcordata: fulcis convexis linea exaratis: ex-  
tum. (\*) terius aculeato-ciliatis.

*Bonan. recr. 2. t. 96, 97.*

*Gualt. test. t. 72. f. A.*

*Argenv. conch. t. 26. f. B.*

*Habitat in O. Europæo australi.*

*Maxime affinis sequenti & forte varictas.*

echina- 63. C. testa subcordata, fulcis exaratis linea ciliata aculeis  
tum. inflexis plurimis.

*Fn. fœc. 1339.*

*List. angl. t. 5. f. 33.*

*conch. t. 324. f. 161.*

*Bonan. recr. 2. t. 90.*

*Gefn. aquat. 131, 132.*

*Gualt. test. t. 72. f. B.*

*Klein. ostr. t. 10. f. 40.*

*Habitat in O. septentrionali.*

ciliare. 64. C. testa subcordata: fulcis elevatis triquetris: extimis  
aculeato-ciliatis.

*Gualt. test. t. 72. f. C.*

*Habitat in M. Mediterraneo.*

*Simillima duobus præcedentibus, sed minor & nivea.*

*Sulci triquetri, latere scilicet altero adnato.*

tubercu- 65. C. testa subcordata: fulcis obtusis nodosis transversim  
latum. striatis.

*Rumph. mus. t. 48. f. 11.*

*Argenv. conch. t. 26. f. L.*

*Habitat . .*

Ifocardia. 66. C. testa cordata: fulcis squamis fornicatis imbricatis.

*Rumph. mus. t. 48. f. 9.*

*Argenv. conch. t. 26. f. M.*

*Kratzenst. Regenf. 20. t. 5. f. 56.*

*Habitat . .*

Fragum. 67. C. testa subcordata subangulata: fulcis notatis lunulis  
elevatis.

*Rumph. mus. t. 44. f. G. Fragam album.*

*Gualt. test. t. 71. f. N.*

*Habitat in O. Asiatico, Americano.*

(\*) lege: aculeatum. Vide *Emendanda pag. 824.*

- Unedo. 68. C. testa subcordata: fulcis lunulis coloratis.  
*Rumph. mus. t. 44. f. F.*  
*Argenv. conch. t. 26. f. N.*  
*Kratzenst. Regenf. 12. t. 3. f. 25.*  
*Habitat . .*  
*Vulvæ labium alterum alteri incumbit, quod vix in*  
*præcedenti, cui maxime affinis, sed sæpe decuplo*  
*major.*
- murica- 69. C. testa subcordata fulcata lateribus muricata.  
tum. *Habitat ad finum Campechiensem.*  
*Testa præcedentibus similis, margine undique ferrata.*  
*extus flavescens; intus umbonibus purpurascens.*
- magnum. 70. C. testa oblonga: fulcis angulatis latere ferratis.  
*Habitat ad Jamaicam.*
- flavum. 71. C. testa subovata fulcata: latere anteriore scabro, po-  
steriore dentato. *M. L. U.*  
*Habitat . .*  
*Testa subovata, flava, latere anteriore alba. Sulci cre-*  
*nati nodulis in latere posteriore; margo non rubens.*
- læviga- 72. C. testa obovata: striis obsoletis longitudinalibus.  
tum. *Habitat . .*  
*Testa simillima præcedenti, sed striæ loco fulcorum.*
- ferratum. 73. C. testa obovata lævi striis obsoletis, margine interio-  
re ferrato.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testa flava, versus cardinem gibba, margine exteriori*  
*crenulado, anteriore ferrato. Nates regulares.*
- triste. 74. C. testa ovata lævi, rima anoque obsolete striatis.  
*M. L. U.*  
*Habitat . .*  
*Testa triangularis, ovata colore tristi; Rima ano similli-*  
*ma, oblique obsolete striata.*
- coralli- 75. C. testa triangulo-rotundata alba pellucida, antice po-  
num. sticeque obtusissima fasciis lacteis.  
*Bonan. recr. 2. t. 53.*  
*Rond. test. 1. p. 32. t. 33.*  
*Gualt. test. 71. f. B.*  
*Planc. conch. t. 3. f. 4.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*

- solidum. 76. C. testa triangulari rotundata opaca læviuscula, cardinibus foveola pyriformi.  
*Bonan. recr. 3. t. 51.*  
*Rond. test. 1. c. 7.*  
*List. angl. 174. t. 4. f. 24.*  
*Habitat in O. Anglico.*  
*Testa crassa alba f. flava, notabilis cavitate in cardine more Ostrearum. sed & dentes minimos habet.*
- edule. 77. C. testa antiquata: fulcis XXVI obsolete recurvato-imbricatis.  
*Fn. fvec. 1340.*  
*List. angl. 189. t. 5. f. 34.*  
*Gualt. test. 71. f. F.*  
*Habitat in O. Europæo.*
- rusticum. 78. C. testa antiquata: fulcis XX remotis interstitiis rugosis.  
*Rond. test. 1. p. 21. c. 19.*  
*Rumph. mus. t. 78. f. K.*  
*Gualt. test. t. 71. f. M.*  
*Habitat in M. Mediterraneo & Europæ australioris.*  
*Testa aliis ferruginea fasciis lividis; aliis minor nigra fasciis ferrugineis.*
- pectinata- 79. C. testa subcordata pectinata.  
 tum. *Gualt. test. t. 75. f. A.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testæ striæ distantes sursum scabræ; cavitas sub umbonibus flava. Anus ovatus impressus marginibus prominulis.*
- stultorum. 80. C. testa subrotunda æquilatera lævi, cardinis dente priore fornicato, lateralibus alterius duplicatis.  
*Gualt. test. t. 71. f. C.*  
*Habitat in O. Europæo.*  
*Testa lævis, fragilis, pallida radiis obsoletis albis. Cardinis dentes laterales fere membranacci longitudinales: in altera testa utrinque solitarii: in altera duplicati; dens vero cardinis primarius membranaceus, complicatus.*

Antiquata testa nobis quæ longitudinaliter sulcata, sed transversis appositionibus antotinis quasi intercepta.

Pectinata mihi quæ longitudinaliter sulcata l. striata, at vero antice striis l. fulcis ad angulum acutum divergentibus.

Longitudinalis testa a natibus ad marginem.

Transversalis vero a natibus ad nates arcu margini parallelo.

- virgi- 81. *C. testa triangulo-rotundata æquilatera, rugis transver-*  
neum. *sis membranaceo-recurvatis, cardinibus cæruleis.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testa pulchella, fasciata lineis retrorsum imbricatis, re-*  
*motis, epidermide glauca obtecla. Cavitas alba sed*  
*cardines cærulei: dentibus lateralibus longitudinali-*  
*bus, linearibus.*
- huma- 82. *C. testa subrotunda lævi, natibus recurvis, rima*  
num. *hiante.*  
*Bonan. recr. 2. t. 88.*  
*Rumph. mus. t. 48. f. 10.*  
*Gualt. test. t. 71. f. E.*  
*Argenv. conch. t. 26. f. K.*  
*Habitat in M. Mediterraneo rarius.*  
*Testa crassa, lævis, subrotunda, exalbido-lutescens.*  
*Nates evidentius, quam in reliquis, cornu arietis in-*  
*flar, oblique curvatæ. Rima hians Nymphis nudis.*  
*Anus impressus, postice gibbus. Dentis cardinis utrin-*  
*que duo, compressi.*
273. DONAX. *Animal Tethys.*  
*Testa bivalvis, margine antico obtu-*  
*fissimo.*  
*Cardo Dentibus duobus; marginali-*  
*que solitario, subremoto, sub ano.*
- pube- 83. *D. testa antice spinis ciliata. M. L. U.*  
scens. *Habitat in O. Indico.*  
*Testa argute decussatim striata: antice plana laterum*  
*angulo carinato, versus apicem spinis e striis enatis*  
*membranaceis ciliato. Rima hians ovata: nymphis nu-*  
*dis. Anus ovato-oblongus.*
- rugosa. 84. *D. testa antice rugosa, marginibus crenatis.*  
*Gualt. test. t. 89. f. D.*  
*Habitat in O. meridionali.*
- Truncu- 85. *D. testa antice lævi, intus violacea marginibus cre-*  
lus. *natis.*  
*List. angl. 190. t. 5. f. 35.*  
*Bonan. recr. 2. t. 47.*

*Gualt. test. t. 88. f. o.*  
*Argouv. conch. t. 25. f. L.*  
*Habitat in Oceano Europæo.*

denticu- 86. D. testa antice obtusissima, labiis transverse rugosis,  
 lata. margine denticulato, nymphis dentiformibus.

*Habitat in M. Mediterraneo. F. Logic.*

*Testa cuneiformis, lævis, longitudinaliter punctato striata, albida, purpurascens-subfasciata. Vulva subrotunda, minima; antice obtusissima, area media transverse rugosa, laterali recta; margo denticulatus. Intus albicans.*

cuneata. 87. D. testa cuneiformi, marginibus integerrimis. *Muf. L. U.*

*Habitat . .*

*Testa parva, ovata, compressa, violacea f. vario colore.*

scripta. 88. D. testa ovata compressa lævi scripta lineis purpureis undatis, rima acuta, marginibus crenulatis.

*Rumph. mus. t. 43. f. L. M. Literata Xylanensis.*

*Gualt. test. t. 88. f. Q.*

*List. conch. t. 379. f. 222.*

*Bonan. recr. 2. t. 43.*

*Klein. ostr. t. 11. f. 59.*

*Habitat in M. Mediterraneo.*

murica- 89. D. testa ovata: striis muricatis. margine denticulato.  
 ta. *M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

*Testa gibba rufescens; margo anterior denticulatus. Rima hians, terminata antice utrinque dente compresso.*

*Anus nullus.*

Irus. 90. D. testa ovali: rugis membranaceis erectis striatis cincta.

*Gualt. test. t. 95. f. A.*

*Habitat in M. Mediterraneo. Brander.*

*Testa magnitudine Phaseoli, ovalis, alba, antice obtusissima, rugosa: rugis arcuatis, membranaceis, reflexo-erectis, striatis, fere crispis, exterioribus sensim anterioribus majoribus. Cardo utrinque dentibus duobus minimis: altero bifido.*

274. VENUS. *Animal Tethys.*  
*Testa* bivalvis, labiis margine antico  
 incumbentibus.  
*Cardo* dentibus 3: omnibus approxi-  
 matis: lateralibus apice divergen-  
 tibus.  
*Vulva & Anus* distincta.

\* *Pubentes.*

- Dione. 91. V. testa subcordata transverse fulcata, pube spinosa.  
*List. conch. t. 307. f. 146.*  
*Rumph. mus. t. 48. f. 4.*  
*Olear. mus. 29. f. 4.*  
*Pet. gaz. t. 31. f. 9.*  
*Gualt. test. t. 76. f. D.*  
*Argenv. conch. t. 24. f. I.*  
*Habitat in O. Americæ.*  
*Venerem filiam Dionis f. e Concha maris natam finxere*  
*Poëtæ; hujus Typus præcipue determinabit Concharum*  
*partium metaphoricam denominationem.*  
 TESTA bivalvis, semicordata, rotundata, subincarnata.  
 postice anticeque magis gibba, ventris lateribus undi-  
 que exaratis Striis transversis, distantibus, parallelis.  
 marginatis, subrecurvatis, æqualibus: exterioribus ob-  
 tusioribus: posterius Alternis altioribus acutioribus-  
 que. Alternisque abbreviatis minoribus. INTUS lævis.  
 alba. sub umbonibus fornicata. CARDO sinistrae tri-  
 dentatus: Dentibus approximatis, scrobiculo distinctis.  
 Denticulo intermedio compresso, angustiore; lateralibus  
 divergentibus, crassiusculis, obtusis. Dextrae cardo  
 Denticulis duobus, approximatis, compressis inter scro-  
 biculos duos. MARGO ambitus obtusissimus, integerrimus:  
 NATES recurvatæ, obtusiusculæ, apice glabræ.  
 ANUS impressus, ovatus, lævis, incarnatus. Antice  
 Pubes ciliaris, utrinque e natibus ad summum montis  
 veneris, cingens vulvam Spinis e striis alternis tertius-  
 ve testæ ortis, subulatis, depressis, adscendentibus,  
 antrorsum arcuatis, subtus canaliculatis, superioribus  
 sensim longioribus: longissimis longitudine ipsius rimæ.  
 VULVÆ regio incarnata, oblique striata, fursum a rima  
 ad pubem. Labia læviora incarnata, inclusa fascia pal-  
 lida.

*lida, armata, a natibus ad medium rimæ, Aculeis utrinque quinque brevissimis; margo vulvæ supra rimum connivet fulco longitudinali, intra quem sinistræ margo gibbosior se infinuat. Rima lanceolata, hians labris prominulis, clausa hymene. NYMPHÆ cartilagineæ, retractiores, longitudine rimæ.*

- Marica. 92. V. testa subcordata decussatim striata, pube lamellosa.  
*M. L. U.*  
*Habitat in O. Americæ.*
- Dyfera. 93. V. testa subcordata: fulcis transversis remotis reflexis, margine crenulato.  
*Argenv. conch. t. 24. f. K.*  
β. *Rumph. mus. t. 48. f. 5.*  
*Gualt. test. t. 85. f. A.*  
*Kratzenst. Regenf. t. 7. f. 11.*  
γ. *List. conch. t. 277. f. 114.*  
*Klein. ostr. 10. t. 48, 49.*  
δ. *Argenv. conch. t. 24. f. Q.*  
*Habitat in O. Americæ.*  
\* \* *Impuberes subcordatæ.*
- verruco-94. V. testa subcordata: fulcis membranaceis striatis re-  
fa. flexis antice imprimis verrucosis, margine crenulato.  
*Gualt. test. t. 83. f. G.*  
*Habitat in Europa australi.*  
*Statura & maculis ad præcedentem accedit, ut forte varietas lævigata.*
- Cafina. 95. V. testa subcordata: fulcis transversis recurvis acutis, margine postico crenulato pone anum canaliculato.  
*Habitat in O. Europæo, frequenter etiam fossilis.*
- Gallina. 96. V. testa subcordata radiata: striis transversis obtusis, cardinis dente postico minimo, margine crenulato.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testa colore varians, sæpe glaberrima licet striata; striæ apparent crenulatæ quamvis non sint.*
- petulca. 97. V. testa subcordata subfulcata, margine crenulato, rima subovata hiante, nymphis acutis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Europæ australioris.*

*Testa magnitudine Avellanæ, albo fuscoque nebuloſa.  
Anus oblongus.*

Erycina. 98. V. teſta cordata tranſverſim parallele fulcata, fulcis obtuſiſſimis, vulva glabra, ano ovato.

*Habitat in Europa. J. Theod. Fagræus.*

*Simillima Chioni, ſed fulcis numerofiſ profundioribus.*

mercena-99. V. teſta cordata ſolida tranſverſe ſubſtriata lævi, margine crenulato, intus violacea, ano ovato.

*Liſt. angl. 229. t. 8. f. 33.*

*Habitat in Penſylvania. P. Kalm: e qua Sylveſtrium Nummi parantur. In montibus Sveciæ foſſilis.*

*Teſta præ reliquiſ craſſa eſt & ponderoſa. Limbus tantum teſtæ interne violaceus eſt.*

Chione. 100. V. teſta cordata tranſverſe ſubrugofa lævi, cardinis dente primario poſteriori lanceolato.

*Liſt. angl. 173. t. 4. f. 22?*

*Rumph. muſ. t. 42. f. G.*

*Gualt. teſt. t. 86. f. A.*

*Argenv. conch. t. 24. f. C.*

*Habitat in O. Aſiatico, forte etiam in Europæo.*

*Teſta magnitudine fere ovi gallinacei, alba aut ſubferruginea; margo integerrimus eſt.*

maculata. 101. V. teſta cordata lævi: maculiſ exoletiſ ſparſiſ.

*Gualt. teſt. t. 86. f. I.*

*Argenv. conch. t. 24. f. H.*

*Kratzenſl. Regenſ. t. 8. f. 16.*

*Habitat in O. Americano.*

Meretrix. 102. V. teſta cordata glabra, vulva fuſca gibba, nymphiſ hiantibuſ.

*Argenv. conch. t. 24. f. F.*

*Habitat in O. Indico.*

Scortum. 103. V. teſta triangulo-cordata glabra, vulva plana hiante.

*Gualt. teſt. t. 85. f. F.*

*Argenv. conch. t. 24. f. L.*

*Habitat in America.*

keta. 104. V. teſta ſubcordata tumida glaberrima albo radiata, labiſ ſubviolaceiſ.

*Gualt. teſt. t. 88. f. V.*



*Habitat in M. Mediterraneo & Indico.*

*Testa flavescens, nitidissima, radiis aliquot latis albis depicta. Labia obscuriora. Anus ovatus.*

castren- 105. V. triangulo-rotundata gibba glaberrima characteribus  
fis. angularibus inscripta.

*List. conch. t. 262. f. 98.*

*Bonan. recr. 2. t. 376.*

*Rumph. mus. t. 42. f. K. Chama optica.*

*Gualt. test. t. 82. f. H.*

*Kratzenst. Regenf. 2. t. 1. f. 3.*

*Habitat in O. utriusque Indiæ.*

Phryne. 106. V. testa subcordata lævi antice posticeque transverse  
striata, ano obcordato venis violaceis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. australiore.*

Meröë. 107. V. testa subrotunda transverse striata. futura postica  
hiante. *M. L. U.*

*Habitat in O. australiore.*

*Testa alba venis leucophæis. Nates remotæ. Sutura  
hians pone anum oblongum, obsoletum.*

deflorata. 108. V. testa ovali longitudinaliter rugosa antice violacea,  
nymphis atris.

*Habitat in O. Europæo.*

*Testa latitudine ovi, a cardine ad peripheriam rugosa,  
albida. Latus anterior, præsertim interne, violaceum.*

fimbriata. 109. V. testa transverse ovali gibba longitudinaliter striata  
transverse fulcata, margine crenulato.

*List. conch. t. 336. f. 172.*

*Rumph. mus. t. 43. f. F.*

*Gualt. test. t. 75. f. C.*

*Argenv. conch. t. 24. f. G.*

*Klein. ostr. t. 10. f. 52.*

*Habitat in O. Indico.*

reticula- 110. V. testa subcordata: striis elevatis decussatis, ano cor-  
ta. dato, margine integro.

*Rumph. mus. t. 43. f. H.*

*Argenv. conch. t. 26. f. F.*

*Habitat in O. Indico.*

- squamo- 111. V. testa subcordata reticulato-striata retrorsum squa-  
 fa.  
*Rumph. mus. t. 44. f. M.*  
*Habitat in O. Indico.*  
 \* \* \* *Impuberes, orbiculatae.*
- tigerina. 112. V. testa suborbiculata: striis crenatis decussatis, ano  
 ovato.  
*Rumph. mus. t. 43. f. G.*  
*Habitat in O. Indico.*
- prostrata. 113. V. testa orbiculata transverse striata, labiis scabro-  
 membranaceis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Testa subscabra, exolete testacea radiis albis. Nates re-*  
*flexae. Rima oblonga, patula. Anus cordatus.*
- pensylva- 114. V. testa lentiformi glabro-rugosa alba, antice fulco-  
 nica.  
*Argent. conch. t. 24. f. N.*  
*Habitat in America septentrionali.*
- incrusta- 115. V. testa lentiformi glaberrima laevissima punctis ex-  
 ta.  
*M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Testa intus crusta crassa albida. Ani vestigium forami-*  
*ne rotundo sub natibus.*
- punctata. 116. V. testa lentiformi longitudinaliter fulcata, intus pun-  
 ctata.  
*Rumph. mus. t. 43. f. G.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Testa intus obducta crusta crassa albida, sed punctata.*  
*Anus ut in praecedente.*
- exoleta. 117. V. testa lentiformi transversim striata pallida obsole-  
 te radiata, ano cordato.  
*Habitat ad Garnsey.*  
*Testa intus crusta crassa albida. Anus ferrugineus; val-*  
*de affinis praecedentibus tribus.*
- orbicula- 118. V. testa lentiformi compressa longitudinaliter profun-  
 ris.  
*Habitat intra Tropicos.*

- Ziczac. 119. V. testa lentiformi: striis transversis membranaceis erectis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Testa griseo-Ziczac ad rimam & anum latius picta.*  
*Nates apice recurvæ. Anus impressus, cordatus, rufus.*
- pectinata. 120. V. testa sublentiformi fulcis longitudinalibus rugosis: pube antrorsum ramosa.  
*Rumph. mus. t. 42. f. D.*  
*Gualt. test. t. 72. f. F. E.*  
*Argent. conch. t. 24. f. P.*  
*Habitat in Indiis.*
- scripta. 121. V. testa lentiformi compressa striata postice angulo recto angulata.  
*Rumph. mus. t. 43. f. C. Chama literata rotunda.*  
*Gualt. test. t. 77. f. C.*  
*Argent. conch. t. 24. f. M.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Impressio ani lanceolata.*
- edentula. 122. V. testa lentiformi subgloboso-lenticulata rugosa edentula, ano ovato. *M. L. U.*  
*Habitat in Indiis.*  
*Testa subglobosa, diaphana, alba. Anus ovato-acutus, valde excavatus angulo acuto.*
- Lupinus. 123. V. testa lentiformi transversim substriata ano ovato. nymphis nullis.  
*Habitat . . .*  
*Testa alba striis circularibus tenuissimis, intus callo albo notata: variat maculis griseis.*  
*\* \* \* Impuberes ovals, supra rimam subangulatæ.*
- literata. 124. V. testa ovata antice angulata striis transversis.  
*Bonan. recr. 2. f. 67.*  
*Rumph. mus. t. 43. f. B. Chama literata oblonga.*  
*Gualt. test. t. 86. f. E. F.*  
*Argent. conch. t. 24. f. A.*  
*Kratzenst. Regenf. 16. t. 4. f. 39.*  
*Habitat in Europa australi & India.*  
*Color sæpe cinerascens. sed plurimum varians, sæpiusque characteribus notatus; variat etiam rugis antice longitudinalibus. in majoribus imprimis & indicis.*

rotunda- 125. V. testa ovata antice subangulata: striis transversis, car-  
ta. dinis dente intermedio bifido. *M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

*Testæ Anus ovato-lanceolatus, fuscus, retusus. Dentes  
cardinis utrinque tres: medio bifido.*

decussa- 126. V. testa ovata antice angulata decussatim striata.  
ta. *M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

*Testæ Anus minimus, retusus, macula nulla impressa. Co-  
lor intus albidus, sæpius cum tinctura crocea.*

275. SPONDYLUS. *Animal Tethys.*

*Testa subaurita, rigida, spi-  
nosa.*

*Cardo dentibus 2 recurvis, cum  
foraminulo intermedio.*

Gædero- 127. S. testa subaurita spinosa.

pus. *Bocc. observ. 1674. p. . . t. 304. Concha histricina.*

*Rond. pisc. 1. t. 40.*

*Rumph. mus. t. 47. f. E.*

*Bonann. recr. 2. t. 21, 23.*

*Gualt. test. 100, 101. f. A, B. t. 99. f. E, F, G.*

*Argenv. conch. t. 23. f. L.*

*Klein. ostr. t. 9. f. 37.*

*Kratz. Regenf. 16. t. 4. f. 48.*

*Habitat in M. Mediterraneo, arte adhærens scopulis.*

*Natum altera longior, hinc plana, ac si arte facta aut  
abrafa fuisset.*

regius. 128. S. testa inaurita spinosa.

*Rumph. mus. 156. n. 8.*

*Argenv. conch. t. 23. f. G.*

*Habitat in India.*

*Simillima præcedenti, sed major spinis & fulcis validio-  
ribus; forte insignis tantum varietas.*

276. CHA-

---

*Spondyli tota sua structura testæ ad Ostreas accedunt, sed dentibus cardinis differunt,  
& spinis valvularum Chamas referunt.*

276. CHAMA. *Animal* Tethys.  
*Testa* bivalvis, grossior.  
*Cardo* Callo gibbo, oblique inferto  
 fossulæ obliquæ.  
*Vulva* clausa absque nymphis.
- Lazarus. 129. C. testa imbricata lamellis laceris, nate oblique sub-  
 spirali.  
*Rumph. mus. t.* 48. f. 3.  
*Argenc. conch. t.* 23. f. F. I.  
*Brown. jam. t.* 40. f. 9.  
*Habitat* in M. Mediterraneo, Americano.
- Gigas. 130. C. testa plicata squamosa, ano hiante crenato.  
*Olear. mus. t.* 29. f. 6.  
*Bonan. recr. 2. f.* 83.  
*Rumph. mus. t.* 42. f. A. B. Chama squamata.  
*Gualt. test. t.* 92. f. A-G.  
*t.* 93. f. B.  
*Argen. conch. t.* 26. f. E.  
*Kratzenst. Regenf. t.* 10. f. 48.  
*Habitat* in M. Asiatico.  
*Testæ pondere librarum* 532 *in M. L. U., adeoque*  
*omnium testaceorum maximum.*
- Hippo- 131. C. testa plicata muricata, ano retuso clauso dentato.  
 pus. *Bonan. recr. 2. f.* 81, 82.  
*Rumph. mus. t.* 42. f. C. Chama aspera obtusa.  
*Gualt. test. t.* 93. f. A.  
*Argenc. conch. t.* 26. f. H. Folium brassicæ.  
*Kratzenst. Regenf. t.* 10. f. 49.  
*Habitat* in M. Asiatico.
- antiqua- 132. C. testa subcordata fulcis longitudinalibus striisque  
 ta. transversis.  
*Gualt. test. t.* 71. f. L.  
*Habitat* . .
- femiorbi- 133. C. testa femiorbiculata compressa rudi decussate stria-  
 culata. *M. L. U.*  
*Habitat* . .  
*Testa longitudinaliter striata, imbricata squamis annoti-*  
*nis. Lobus ani albidus marginè postico crenato.*

- calyculata. 134. C. testa oblonga fulcis imbricatis, antice retusa.  
*Gualt. test. t. 90. f. F.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testa magnitudine extimi articuli digiti; alba, oblonga, fulcis longitudinalibus imbricatis, squamulis fornicatis. Nates obtuse gibbæ, auctæ testa juventutis fusca. Rima minima. Venter antice compresso-gibbus; supra rotundatus. Dorsum compressum, retusum. Anus orbiculatus, minimus; pone anum angulus obtusiusculus valde prominulus exit.*
- cordata. 135. C. testa cordata transversim striata. hinc elongata compressa. *M. L. U.*  
*Habitat . . .*  
*Testa testacea inferne (non versus marginem exteriorem) fulcis transversis distinctis, obtusis. Angulus inter rimam & marginem exteriorem elongatus obscurior.*
- oblonga. 136. C. testa oblonga antice angulata, dentibus anticis acutis. *M. L. U.*  
*Habitat . . .*  
*Testa subtilissime decussatim striata, alba, intus lactea; anteriùs angulo utrinque excurrente.*
- gryphoides. 137. C. testa orbiculata muricata: valvula altera planiore, altera nate productiore subspirali.  
*Bonan. recr. 2. t. 22.*  
*Gualt. test. t. 101. f. C-I.*  
*Brown. jam. 412. t. 40. f. 9. sed major.*  
*Habitat in M. Mediterraneo Africam alluente. Brander. Valvulæ albæ, orbiculatæ, punctis muricatæ, altera adherente alii corpori. Nates obsolete recurvatæ, in spiram contortæ, intus auriformes.*
- bicornis. 138. C. testæ valvulis conicis: natibus corniformibus obliquis tubulosis valvula longioribus.  
*Column. purp. c. 19.*  
*List. conch. t. 214. f. 49.*  
*Klein. ostr. 274. t. 12. f. 87, 88.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Singulæ valvulæ referunt Patellam cucullatam obliquam, hinc præcedenti multum affinis.*

277. ARCA. *Animal Tethys?*  
*Testa* bivalvis, æquivalvis.  
*Cardo* Dentibus numerosis, acutis.  
 alternis, infertis.

\* *Margine integerrimo; Natibus recurvatis.*

- tortuosa. 139. A. testa parallelipeda striata, valvula oblique carinata, natibus recurvis, margine integerrimo.

*Bonan. kirch. 2. t. 128.*

*Rumph. mus. t. 47. f. K. Ostreum tortuosum.*

*Gualt. test. t. 95. f. B.*

*Klein. ostr. t. 8. f. 16.*

*Habitat in . .*

\* *Margine integro; Natibus inflexis.*

- Noæ. 140. A. testa oblonga striata apice emarginata, natibus incurvis remotissimis, margine integerrimo hiante.

*Lijl. conch. 3. B: f. 6. c. 1. t. 5. Musculus matthioli.*

*Bonan. recr. 2. t. 32. Concha rhomboides.*

*Rumph. mus. t. 44. f. P. Arca Noæ.*

*Gualt. test. t. 87. f. H. I.*

*Argenv. conch. t. 26. f. G.*

*Kratzenst. Regenf. t. 12. f. 73.*

*Habitat in M. rubro, Mediterraneo, Indico.*

- barbata. 141. A. testa oblonga striata apicibus barbata, natibus incurvis approximatis, margine integerrimo clauso.

*Mus. Tessin. 116. t. 6. f. 1.*

*Bonan. recr. 2. t. 79.*

*Gualt. test. 91. f. F.*

*Argenv. conch. t. 25. f. M.*

*Habitat in M. Mediterraneo.*

*Testa apice rotundata, integra: striæ ex punctis callosis concatenatis: alternis striis majoribus. Barba ex striis versus apicem imprimis tenuiorem rigens.*

- Pella. 142. A. testa ovata pellucida oblique striata. vulva prominente distincta. natibus incurvis, margine integerrimo.

*Habitat in M. Mediterraneo. F. Logie.*

*Testa magnitudine feminis Helianthi annui, alba, pel-  
lucida, oblique striata, nitidissima. Vulva valde pro-  
minens, ut testa fere rostrata, distincta utrinque fos-  
sula, transverse striata.*

\* \* \* Margine crenato; Natibus recurvatis.

laëtea. 143. A. testa subrhomboidea obsolete decussatim striata  
diaphana, natibus recurvis, margine crenulato.

*Habitat in M. Mediterraneo. Brander, Logie.*

*Testa magnitudine Fabæ equinæ.*

antiquata. 144. A. testa oblique cordata multifulcata fulcis muticis,  
natibus recurvis. margine crenato.

*Bonan. recr. 2. t. 74.*

*Rumph. mus. t. 44. f. I.*

*Sloan. jam. t. 241. f. 14, 15, 16.*

*Gualt. test. t. 87. f. C.*

*Habitat in O. Americano.*

fenilis. 245. A. testa oblique cordata octofulcata lævi, natibus  
recurvis, margine plicato.

*Lisl. conch. 3. B. f. 2. c. 1. t. 4.*

*Gualt. test. t. 87. f. D.*

*Klein. ostr. t. 10. f. 45.*

*Habitat ad Jamaicam.*

granofa. 146. A. testa subcordata fulcis muricatis, natibus recurvis,  
margine crenato.

*Column. purp. 21. t. 20. f. 3.*

*Bonan. recr. 2. t. 73.*

*Gualt. test. t. 87. f. E.*

*Argenw. conch. t. 26. f. C.*

*Habitat in O. Europæ meridionalis.*

decussata. 147. A. testa lenticulari decussatim substriata, natibus recur-  
vis, margine crenato, rima clausa. *M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

pallens. 148. A. testa lenticulari subobliqua decussatim striata, na-  
tibus recurvis, margine crenato, rima angustissima

*M. L. U.*

*Habitat in Indiis.*

*Testæ color pallidus. Rima lævis.*



• • • • • Margine crenato: Natibus inflexis.

undata. 149. A. testa lenticulari inaurita, læviuscula, natibus inflexis, margine plicato.

*Bonan. recr. 2. t. 61.*

*Habitat ad Jamaicam.*

*Testa picta uti A. Pectunculus, sed crassior, vix rugosa, minime fulcata, basi rotundata, margine plicata.*

Pectunculus. 150. A. testa lenticulari subaurita fulcata fulcis subimbri-  
catis, natibus inflexis. margine plicato.

*List. conch. 3. B. f. 2. c. 2. t. 1. f. 1, 2.*

*Gualt. test. t. 72. f. H.*

*Argenv. conch. t. 27. f. B?*

*Habitat in O. Americano.*

Glycymeris. 151. A. testa suborbiculata gibba substriata, natibus incurvis, margine crenato.

*Rumph. mus. t. 47. f. 1.*

*List. conch. 3. B. f. 2. c. 3. t. 2. Chama glycymeris.*

*Gualt. test. t. 72. f. G. f. t. 82. f. C. D.*

*Habitat ad insulam Garnsey.*

nummaria. 152. A. testa subrotunda lævi subaurita transversim striata, natibus incurvis, margine crenulato.

*Habitat in M. Mediterraneo.*

*Testa magnitudine unguis, undato-rufa, non perfecte lenticularis, vix manifeste transversim striata, auribus vix manifestis.*

Nucleus. 153. A. testa oblique ovata læviuscula, natibus incurvis, margine crenulato, cardine arcuato ciliari.

*Habitat in Europa.*

*Testa magnitudine avellanæ. Inter Nates Rima triangularis, erecta.*

278. OSTREA. *Animal* Tethys.  
*Testa* bivalvis, inæquivalvis, fubaurita.  
*Cardo* edentulus fossula cava ovata,  
 striisque lateralibus transveris.  
*Vulva Anusve* nullus.

\* *Pectines auriculati, æquales.*

- maxima. 154. O. *testa* radiis rotundatis longitudinaliter striatis.  
*List. conch. t.* 161. *f.* 1.  
*angl. t.* 5. *f.* 29. *Pecten maximus.*  
*Gualt. test. t.* 98. *f.* A. B.  
*Fn. succ.* 1343.  
*Habitat in Oceano Europæo.*
- Jacobæa. 155. O. *testa* radiis 14 angulatis longitudinaliter striatis.  
*M. L. U.*  
*Gualt. test. t.* 99. *f.* B.  
*Kratzenfl. Regenf. 8. t.* 2. *f.* 19.  
*Bonan. recr. 2. t.* 3. 4.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*
- Ziczac. 156. O. *testa* radiis 18 explanatis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. australiore.*  
*Testa valvula plana radiis obsoletis, sed intus versus marginem plicis duplo pluribus conspicuis.*
- striatula. 157. O. *testa* radiis 16 oblitteratis transverse membranaceo striatis, margine integerrimo. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Valvula convexior paulo magis gibba, quam planior; color intus flavescens radiorum interstitiis albis.*
- minuta. 158. O. *testa* radiis 20 convexis. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*  
*Testa gibbosior, admodum convexa, parvula. T. planior profunde plicata, plano-convexa.*
- Pleuro- 159. O. *testa* radiis 12 duplicatis, extus lævi.  
 nectes. *Bonan. recr. 2. f.* 354.

*Rumph.*

*Ostreae tantum non omnes, imprimis Pectines, ad cardinem interne sulcis transversis numerosis parallelis in utraque testa oppositis gaudent, quæ probe distinguendæ ab Arcis polyleptogingymis, cujus dentes numerosi alternatim intrant alterius sinus.*

*Rumph. mus. t. 45. f. A. B.* Amufium.  
*Gualt. test. t. 73. f. B.*  
*Argenv. conch. t. 27. f. G.* Umbella f. Solea.  
*Klein. ostr. t. 9. f. 30.*  
*Habitat in Indiis.*

oblitera- 160. O. testa radiis 24 duplicatis, extus lævi.  
 ta. *Gualt. test. t. 73. f. G.*  
*Habitat in O. australiore.*

Radula. 161. O. testa radiis 12 convexis: striis decussatis crenatis,  
 auriculis æqualibus.  
*Rumph. mus. t. 44. f. D.* Radula.  
*Klein. ostr. t. 9. f. 34.*  
*Habitat in O. Indico.*

Plica. 162. O. testa radiis 6 convexis læviusculis, decussato-  
 striata.  
*Rumph. mus. t. 44. f. O.* Pallium maculatum.  
*Argenv. conch. t. 27. f. C.*  
*Habitat in O. Indico.*

\* \* Pectines auricula altera intus ciliato-spinosa.

Pallium. 163. O. testa radiis 12 convexis, striata scabra squamis  
 imbricata.  
*Rumph. mus. t. 44. f. B. C.* Pecten secundus.  
*Gualt. test. t. 74. f. F.*  
*Argenv. conch. t. 27. f. I.*  
*Kratzenfl. Regenf. 26. t. 6. f. 59.*  
*Habitat in O. australiore & Indico.*

nodosa. 164. O. testa radiis 9 nodoso-vesicularibus.  
*Bonan. recr. 2. f. 18.*  
*Rumph. mus. t. 48. f. 8.*  
*Gualt. test. t. 99. f. C. D.*  
*Argenv. conch. t. 27. f. F.*  
*Habitat in O. Africano & Indico.*

Pes felis. 165. O. testa radiis 7 striatis scabris, auricula altera mi-  
 nuta.  
*Habitat in O. Africano.*  
*Testa parva, pellucida, novem radiis sensim undata.*

- pellucens. 166. O. testa radiis 9, lævi: fornice squamis cochleari-hemisphæricis.  
*Argenv. conch. t. 27. f. H. Pecten femiauritus.*  
*Habitat in O. australiore.*
- fanguinea. 167. O. testa radiis 22 scabris, femiaurita.  
*Gvalt. test. t. 74. f. N.*  
*Habitat in O. australiore.*
- varia. 168. O. testa radiis 30 scabris compressis uniaurita.  
*Habitat in O. australiore.*  
*Simillima priori, sed numero radiorum differens. Color maxime variat.*
- Pufio. 169. O. testa radiis 40 filiformibus uniaurita.  
*Habitat in O. australiore.*  
*Testa magnitudine nucis coryli, utrinque æqualiter convexa. Auricula fere unica.*
- glabra. 170. O. testa radiis 10 lævibus planiusculis, internis striis elevatis duplicatis. *M. L. U.*  
*Gvalt. test. t. 73. f. H.*  
*Kratzenst. Regenf. t. 1. f. 10.*  
*& t. 2. f. 16.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Testa æquivalvis subrotunda glabra, absque striis extus, obsolete plicata, incarnata extus. Auriculæ æquales.*
- opercularis. 171. O. testa radiis 20 subrotundis, decussata striato-scabra. operculo convexiore. *M. L. U.*  
*Habitat in O. meridionali.*  
*Testa opercularis, magis quam altera convexa.*
- gibba. 172. O. testa radiis 20 glabris, gibba. *M. L. U.*  
*Brown. jam. t. 40. f. 10.*  
*Habitat in M. Americano.*  
*Valvula utraque convexa & sanguinea.*
- \* \* \* Pectines valvulis altero latere magis gibbis.
- flavicans. 173. O. testa gibba radiis 8 striatis, margine altero rotundato. *M. L. U.*  
*Habitat in O. australiore.*  
*Testa quasi obliqua. Auricula altera brevissima; color albus fusco rubroque varius; intus albus radiis flavis.*

- fasciata. 174. O. testa gibba radiis 20, auriculis æqualibus exoletis.  
*Gualt. test. t. 74. f. E.*  
*Habitat in O. australiore.*
- Lima. 175. O. testa gibba radiis 22 imbricatis squamis, altero margine rotundato, auriculis oblitteratis. *M. L. U.*  
*Argenv. conch. t. 27. f. E.*  
*Habitat in O. meridionali.*  
*Testa alba oblonga æquivalvis. Auriculæ obsoletæ.*
- Rudes, vulgo Ostrea dicta.
- Ifognomum. 176. O. testa lobo laterali acutangulo, margine exteriori transverse fulcato.  
*Rumph. mus. t. 47. f. I.*  
*Klein. ostr. t. 8. f. 15.*  
*Habitat . .*
- Malleus. 177. O. testa triloba: lobis transversis.  
*Bonan. kirch. 2. f. 180.*  
*Rumph. mus. t. 47. f. H. Ostreum divifum.*  
*Gualt. test. t. 96. f. D. E.*  
*Argenv. conch. t. 22. f. A.*  
*List. conch. 3. B. f. 1. t. 1. f. 1.*  
*Klein. ostr. t. 8. f. 14.*  
*Habitat in O. Asiatico, pretiosus.*
- Folium. 178. O. testa ovata lateribus obtuse plicata parasitica.  
*Rumph. mus. t. 47. f. A. Ostreum cratium.*  
*Argenv. conch. t. 22. f. F.*  
*Klein. ostr. t. 8. f. 22.*  
*Habitat ad Jamaicam.*  
*Valvula altera medio longitudinali adhæret Gorgoniis. Cardio lacuna est, unde diversa a Mytilis parasiticis.*
- orbicularis. 179. O. testa orbiculata plana, margine integro crenato.  
*Gualt. test. t. 104. f. G.*  
*Habitat . .*  
*Testa magnitudine extimi articuli pollicis, compresso-plana, margine obtusissimo crenato.*
- edulis. 180. O. testa femiorbiculata membranis imbricatis undulatis: valvula altera plana integerrima.  
*Rond. aqu. 2. p. 37.*  
*Gualt. test. t. 102. f. B. Ostreum vulgare.*

*List. angl.* 176. *Ostreum vulgare maximum.*

*hist.* 111. 20. *Ostrea major fulcata*, inæqualiter utrinque ad cardinem denticulata.

*Klein. ostr.* t. 8. f. 21.

*Bonan. recr.* 108. t. 70. *Ostrea.*

*Habitat in Oceano Europæo.*

*Frequentes in cœnis Afotorum vivæ epulæ.*

femiaurita-181. *O. testa ovata femiaurita lævi, basi obliqua.*

*Gvalt. test.* t. 84. f. II.

*Habitat in O. meridionali.*

Ephippiū.182. *O. testa orbiculata compresso-membranacea, cardine fulcis transversis pluribus.*

*Rumph. mus.* 47. f. B.

*Habitat in M. Asiatico.*

*Testa compressa ut vix cavitas appareat. extus rudis fusca, distinctissima ab Anomia Ephippio & Placenta.*

279. ANOMIA. *Animal . . .*

*Testa inæquivalvis: valvula altera planiuscula, altera basi magis gibba; harum altera sæpe basi perforata.*

*Cardo edentulus cicatricula lineari prominente introrsum: valvulæ vero planioris in ipso margine.*

*Radii duo ossei pro basi animalis.*

craniola-183. *A. testa orbiculata: valvula gibbosiore conico-convexa, planiore basi foraminibus tribus.*

*Fn. succ.* 1347. t. 2. f. 1347. *Concha testa planiore orbiculata cranium humanum referente.*

*Stobæi Diff. epist. Lund.* 1732. f. 1, 2. *Nummulus brattensburgensis.*

*Act. Upsal.* 2. p. 560. t. 152. f. 4. *idem.*

*Bruckm. cent.* 2. *epist.* 38. p. 390. t. 17. f. 10. *Manlekard.*

*Habitat in Scania ad Ifvö & Balsbergam, non dum viva reperta.*

- pectinata. 184. A. testa oblonga ramofo-fulcata: gibbosiore postice poris duobus.  
*Habitat* . . fossilis.
- Ephippium. 185. A. testa suborbiculata rugoso-plicata: planiore perforata.  
*Bonan. recr.* 2. t. 56.  
*Argenv. conch.* t. 22. f. C.  
*Habitat in M. Mediterraneo & America.*  
Testa alba, magnitudine volæ, intus argentea nitidissima; utraque valvula sæpe plicis quinque longitudinalibus, nec ad cardinem concurrentibus. Planior testa magno foramine.
- Cepa. 186. A. testa obovata inæquali violacea: superiore convexa, inferiore perforata.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
Magnitudo *Nucis Juglandis*, sed altera testa plana.
- electrica. 187. A. testa subrotunda flava lævi: altera convexo gibbosa.  
*Rumph. mus.* t. 47. f. L. *Ostreum electricum?*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*
- Squamula. 188. A. testa orbiculata integerrima plana margine altero gibba lævi.  
*It. W'goth.* 171. *Patella.*  
*Habitat in Oceano Svecico super Cancros. Fucus.*
- scobinata. 189. A. testa subrotunda lævi intus scabra, nate perforata.  
*Gvalt. test.* t. 96. f. A.  
*Habitat in Pelago.*
- aurita. 190. A. testa obovata striata subaurita, nate perforata.  
*Gvalt. test.* t. 96. f. B.  
*Habitat* . .
- retufa. 191. A. testa obovata striata retufa: convalle longitudinali, nate perforata.  
*Habitat in pelago Norvegico supra Alcyonia. D. Pennant.*
- Gryphus. 192. A. testa oblonga lævi: altera plica laterali obsoleta: nate incurvata; altera brevi planiuscula.  
*Mus. Teffin.* 92. t. 5. f. 9.  
*Olcav. mus.* 67. t. 33. f. 3.

*List. angl.* 238. t. 4. f. 45.

*Column. aqv.* 54. t. 52.

*Bonan. recr.* 2. t. 31.

*Habitat* . . *fossilis.*

Pecten. 193. A. testa femi-orbiculata depresso multistriata: valvula altera plana.

*List. angl.* 243. t. 9. f. 49.

*Habitat* . . *fossilis.*

*Testa inferne f. margine cardinis linea recta f. transversa.*

striatula. 194. A. testa subrotundo-dilatata utrinque gibba striata, valvis æqualibus.

*Habitat* . . *fossilis.*

*Testa rotundata, sed duplo latior quam longa. postice gibbifior, antice margine tenui.*

reticula- 195. A. testa cordata decussatim striata: valvula brevioreris. gibbifior.

*Muf. Tefsin.* 88. t. 5. f. 5.

*Habitat* . . *fossilis.*

*Testæ latera prominula compressa. Natis planioris valvulæ parum prominens.*

Plicatella. 196. A. testa dilatato-lunata plicata: fulcis longitudinaliter striatis media latiore.

*Habitat* . . *fossilis.*

*Testæ latera submucronata sunt; Plicæ longitudinales, striæ vero in Plicarum cavitatibus, plicis parallelæ f. longitudinales. Natis superior admodum prominens.*

crispa. 197. A. testa dilatato-triangulari plicata fulcis rugosis: media latiore.

*Muf. Tefsin. p. . . t. 5. f. 7.*

*Habitat* . . *fossilis.*

*Testa fere lunata, sed natis superior prominens. Sulci 5 f. 6 rugis arcuatis transversis. Latera testæ submucronata.*

acunofa. 198. A. testa subrotunda multifulcata: valvulis apice plicatis; altera brevior lacunosa, apice quadridentata.

*Muf. Tefsin. . . t. 5. f. 6.*

*List. angl.* 249. t. 9. f. 57.



*Grew. muf. t. 19. f. 6.*

*Habitat . . fossilis.*

fareta.(\*) 199. A. testa subrotunda multifulcata, valvulis convexis apice octodentatis.

*Habitat . . fossilis.*

Caput 200. A. testa ovata lævi gibba: valvula altera apice longiore. ferpentis.

*Column. purp. 22. f. 2.*

*Habitat . . fossilis.*

*Natium altera peflice gibba perforata.*

Terebra- 201. A. testa obovata lævi convexa: valvula altera tripli-  
tula. cata, altera biplicata.

*Column. purp. 22. f. 1.*

*List. angl. 240. t. 8. f. 46.*

*Klein. vfr. t. 11. f. 74.*

*Habitat . . fossilis.*

*Natis alterius testæ prominens pertufa est: extus plicæ duæ.*

angulata. 202. A. testa basi laterum compressa, antice plicata: medio tridentato.

*Muf. Teff. 96. t. 5. f. 4.*

*Habitat . . fossilis.*

*Testa lævis, sed antice plicata; numerus plicarum variat: dignoscitur quod latera versus basin multum compressa.*

Hyfteri- 203. A. testa dilatata lævi convexa striata subtriloba, an-  
ta. tice depressa, margine acuto.

*Muf. Teff. 90. t. 5. f. 1, 2, 2.*

*Column. purp. 22. f. 3? Trilobos.*

*Wolff. haff. 29. t. 3. f. 3, 4, 5.*

*Worm. muf. t. 83.*

*Habitat . . fossilis.*

biloba. 204. A. testa biloba æquali striata.

*Habitat . . a D. Pennant. Fossilis.*

Placenta. 205. A. testa orbiculata plana pellucida, cardinum callis linearibus binis testæ interne adnatis.

*List. conch. 3. B. f. 2. c. 2. t. 1.*

*Gvalt. test. t. 104. f. B.*

*Habitat in Pelago.*

(\*) lege: fareta. Vide Emendanda pag. 824.

280. MYTILUS. *Animal Tethys.*

*Testa* bivalvis, rudis, sæpius affixa Byffo.

*Cardo* edentulus, distinctus, linea fubulata excavata longitudinali.

\* Parasitici. *unguibus affixi.*

Crista galli. 206. M. testa plicata spinosa, labro utroque scabro.  
*Rumph. mus. t. 47. f. D.* Ostreum plicatum minus.  
*Gualt. test. t. 104. f. C. D. E.*  
*Argenv. conch. t. 23. f. D.*  
*Habitat in O. Indici Gorgoniis.*  
*Labra interiora marginum testarum punctis eminentibus scabra.*

Hyotis. 207. M. testa plicata imbricata squamis compressis patulis, labro utroque lævi.  
*Rumph. mus. t. 47. f. C.* Ostreum plicatum majus.  
*Argenv. conch. t. 23. f. H.*  
*Habitat in Pelagi Gorgoniis.*

Frons. 208. M. testa plicata læviuscula, labro altero scabro.  
*Argenv. conch. t. 22. f. D.* Ostreum sylvestre.  
*Habitat in Pelagi indici Gorgoniis.*  
*Cardo absque lacuna, unde diverfus ab Ostrea Folio.*

\* \* Plani *f. compressi ut plani appareant & subauriti.*

margari- 209. M. testa compresso-plana suborbiculata basi transver-  
 tiferus.      fa imbricata tunicis.  
*Bonan. recr. 2. t. 1.*  
*Lisl. conch. t. 223. f. 57.*  
*Rumph. mus. t. 47. f. F.* Matrix perlarum.  
*Gualt. test. t. 84. f. E. F. G.*  
*Argenv. conch. t. 23. f. A.* Gallina guttata.  
*Habitat in utriusque Indiæ oceano.*

Unguis. 210. M. testa subrotunda longitudinaliter striata pellucida subaurita.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*  
*Magnitudo unguis humani.*

## \* \* \* Fragiles.

- lithopha-211. M. testa cylindrica utrinque extremitatibus rotundatis.  
gus. *Lisl. angl.* 235. t. 8. f. 37.  
*Bonan. recr.* 2. t. 28.  
*Rumph. mus.* t. 46. f. F. Pholas.  
*Gualt. test.* t. 90. f. D.  
*Argenz. conch.* t. 30. f. L.  
*Habitat in O. Indico, Europæo, Mediterraneo, pen-*  
*trans & excedens Marmora, Corallia &c.*  
*Testa indica mollior & fere coriacea; Europæa vero ma-*  
*gis fragilis.*
- bilocula-212. M. testa cærulea striata, umbonibus fornicatis disse-  
ris. pimento albo. *M. L. U.*  
*Habitat in O. Indico.*
- exustus. 213. M. testa striata: ventre angulato, margine crenato.  
*Habitat ad Jamaicam.*
- barbatus. 214. M. testa læviuscula ferruginea apice barbata.  
*Gualt. test.* t. 91. f. H.  
*Habitat in M. Mediterraneo.*
- edulis. 215. M. testa læviuscula violacea, valvulis obliquis postice acuminatis.  
*En. fœc.* 1333. *It. æl.* 43. *It. wgoth.* 170.  
*Lisl. angl.* 182. f. 28. *Rond. aquat.* 2. p. 48.  
*conch.* 3. t. 362. f. 20. *Gesn. aquat.* 277.  
*Bonan. recr.* 2. t. 30. *Bell. aquat.* 397.  
*Gualt. test.* t. 91. f. E.  
*Aldr. exfang.* 512.  
*Habitat in O. Europæo, Indico & M. Balthico.*  
*Plebejis sapit, frequentius devoratus nocet: inter tropicos*  
*Maximus, intra arcticum Minimus, uti reliqua testacea.*  
*Habet more Pinnæ Byffum exferendam.*
- ungula-216. M. testa lævi subcurvata violacea, margine anteriore  
tus. inflexo, cardine terminali obtusiusculo.  
*Gualt. test.* t. 91. f. E. duplex.  
*Kratzenjl. Regenf.* 16. t. 4. f. 47.  
*Habitat in Europa australi.*  
*Valvulæ valde convexæ & juxta se positæ ungulas pe-*  
*corum referunt. An prioris varietas?*

- Modiolus. 217. *M. testa lævi margine dorsali dilatato, natibus gibbis, cardine sublaterali.*  
*Rumph. mus. t. 46. f. B.*  
*Argenv. conch. t. 25. f. C.*  
*Bradl. natur. t. 3. f. 1.*  
*Habitat in M. Mediterraneo.*
- cygneus. 218. *M. testa ovata antice compressiuscula fragilissima, cardine laterali.*  
*List. angl. app. 29. t. 1. f. 3. Musculus latus maximus.*  
*conch. t. 193. f. 8.*  
*Klein. ostr. t. 9. f. 26.*  
*Habitat in Europa ad ostia fluviorum.*
- anatinus. 219. *M. testa ovali compressiuscula fragilissima margine membranaceo, natibus decorticatis.*  
*Fn. fœc. 1332.*  
*List. angl. app. 30. t. 1. f. 2.*  
*conch. t. 154. f. 9.*  
*Habitat in Europæ aquis dulcibus.*  
*Similis Myæ Picolorum, sed fragilior & cardine distinctissimus, Anatum cibus.*
- viridis. 220. *M. testa lævi ovata membranacea pellucida. cardine terminali. M. L. U.*  
*Habitat in O. Meridionali.*
- ruber. 221. *M. testa rugosa, valvulis obliquis postice dilatatis, margine cardinali apicem æquante.*  
*Argenv. conch. t. 25. f. Q?*  
*Habitat in O. australiore.*
- Hirundo. 222. *M. testa lævi valvulis bilobis, lobo cardinali longiore tenuioreque.*  
*List. conch. 3. B. f. 1. t. 1. f. 2.*  
*Bonan. rccr. 2. t. 58.*  
*Rumph. mus. t. 46. f. G. Avicula.*  
*Gvalt. test. t. 94. f. A. B.*  
*Argenv. conch. t. 22. f. B.*  
*Klein. ostr. 8. t. 13.*  
*Habitat in O. meridionali, Mediterraneo.*  
*Testa basi contracta, alterius valvulæ magis.*

281. PINNA. *Animal* Limax.  
*Testa* subbivalvis, fragilis. erecta, e-  
 mittens barbam Byssinam.  
*Cardo* edentulus, coalitis in unam  
 valvulis.
- rudis. 223. P. testa fulcata: squamis fornicatis per series digestis.  
*Rumph. mus. t. 46. f. L.* Pinna lata.  
*Argenv. conch. t. 25. f. F.* Perna.  
*Habitat* in O. Meridionali, Mediterraneo.  
*Testa* rudior corni coloris, longitudinaliter grosse fulca-  
 ta f. rugosa 5 ad 8 fulcis, nec alba tenuissimis nu-  
 merosissimisque striis P. nobilis.
- nobilis. 224. P. testa striata: squamis canaliculato tubulosis subim-  
 bricatis.  
*Bonan. recr. 2. f. 24.*  
*Argenv. conch. t. 25. f. B.*  
*Habitat* in M. Mediterraneo.  
*Varietates* potius quam distinctæ species sunt sex priores  
 hujus generis.
- muricata. 225. P. testa striata: squamis concavis ovatis acutis.  
*List. conch. t. 370. f. 215.* Pinna tenuis striata mu-  
 ricata.  
*Rumph. mus. t. 46. f. M.* Pinna lata altera.  
*Gvalt. test. t. 79. f. D.*  
*Haffelqv. itin. 447. n. 137.* Concha Pinna.  
*Habitat* in M. Mediterraneo.  
*Hostis* Sepia octopodia, custos Cancer Pinnotheres: Amæn.  
*acad. 2. p. 48. Haffelqv. itin. 449. 572.*
- rotunda- 226. P. testa, squamis obfoletis, margine rotundata.  
 ta. *Gvalt. test. t. 79. f. C.*  
*Habitat* in O. meridionali.
- faccata. 227. P. testa lævi faccata erectiuscula subfastigiata.  
*Rumph. mus. t. 46. f. N.* Pinna alba.  
*Gvalt. test. t. 79. f. F.*  
*Habitat* in M. Mediterraneo, Indico.

digitifor-228. P. testa lævi tubulosa digitiformi incurva, margine  
mis. fummo membranacea. *M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

lobata. 229. P. testa nuda lobata. *M. L. U.*

*Habitat in O. Indico.*

*Testa membranacea, dum valvulæ explicantur obcordata: lobis lateralibus rotundatis latioribus: a cardine ad lobos nervus; a nervo lineæ laterales ductæ.*

pennacea. 230. P. testa pellucida patula pennam referente. *M. L. U.*

*Habitat . .*

*Constat hæc unica valvula aperta ex canali obtuso utrinque latius marginato præterquam basi. Dubia mihi ob structuram. pelluciditatem. flexibilitatem &c; affervata in Museo Ser. Reginae LUDOVICÆ UDALRICÆ, illustrissimique Senatoris Com. Teyssn.*

282. ARGONAUTA. *Animal Sepia.*

*Testa univalvis, spiralis, involuta, membranacea, unilocularis.*

Argo. 231. A. carina subdentata.

*Bellon. aqu. t. 380. Nautilus.*

*Bonan. recr. 1. f. 13. Nautilus f. Naupilius.*

*List. conch. 4. Naut. t. 3. 4.*

*Rumph. mus. t. 18. f. A. B. 1. 4. Nautilus tenuis.*

*Gvalt. test. t. 11. 12. f. A. B. C. Cymbium.*

*Argenw. conch. t. 8. f. A. B. C.*

